Universitätsbibliothek Paderborn

# Svmma Bvllarii Earvmve Svmmorvm Pontificvm Constitvtionvm Qvae Ad Commvnem Ecclesiae Vsvm post volumina Iuris Canonicis, vsq[ue] ad Sanctissimum D. N. D. Pavlvm Papam V. emanarunt

Quaranta, Stefano

Venetiis, 1619

S

urn:nbn:de:hbz:466:1-10793

Visual Library

quoſcunque tam ordinarios, quam delegatos etiam quacũque iuriſdictione fungentes iudices, & perſonas, ſublata, eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, ſententiandi, & diffiniendi facultate, poteſtate, & authoritate, iudicari, ſententiari, & diffiniri debere, ac quicquid ſecus ſcienter, vel ignoranter contra præſentium tenorem fieri, & attentari contigerit irritum, & inane decernentes: non obſtãtibus Motu proprio, & ſeu literis forſan deſuper per viam decreti, vel alias per dictum Paulum prędeceſſores ſub Dat: Romę apud Sanctum Petrum Quinto idus Nouembris anno Põtificatus ſui Quinto decimo ſupradictarũ ſuarum literarum in forma Breuis etiam forſan ad inſtantiam dicti Populi Romani decretis, derogatorijs, ac quibuſuis Conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, nec non dictæ vrbis etiam iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, reformationibus, & decretis, ac quibuſuis priuilegijs, indultis, & literis Apoſtolicis in genere vel in ſpecie per quoſcunque alios Romanos Pontifices prædeceſſores noſtros tam ſub plumbo, quam in forma breuis ſub quibuſcunque tenoribus, & formis, ac cum quibuſuis clauſulis, & decretis etiam irritantibus, & aliis in contrarium quomodolibet conceſſis, approbatis, & innouatis. Quibus omnibus, tenores illorum, ac ſi de verbo ad verbum nihil penitus omiſſo inſererẽtur, præſentibus pro ſufficienter expreſſis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, ac vice duntaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, ac omnibus illis, quæ dictus prædeceſſor voluit non obſtare, ceteriſque contrariis quibuſcunque. Volumus autem, quod ſola ſignatura præſentium ſufficiat, & vbique in iudicio, & extra fidem faciat, regula contraria non obſtante, ſeu ſi videbitur, literæ deſuper per Breue noſtrum, ſeu ſub plumbo, aut alias, prout melius videbitur expediri poſſint, & quia ad illos ſeruos duntaxat, qui antea vt præfertur ſacro baptiſmatis lauacro mediante Chriſtiani facti fuerint, & non de aliis. Datum Romæ apud Sanctum Marcum. Quinto idus ſeptembris Anno primo.

## *SEQVESTRVM.*

PRÆTER Summiſtas ſciendum eſt, quod Pius Quartus tradidit facultatẽ iudicibus lite pendente, decernendi ſequeſtra, ſuper fructibus beneficiorum Sedi Apoſtolicæ reſeruatorum, ſiue affectorum, & ordinaria, vel alia auctoritate nulliter collatorum, adiiciendo pœnas deſuper litigantium, vt per eius Conſtitutionem Romæ in Cancellaria Apoſtolica publicatam die 26. Octobris 1560 fol. 896. in Bul. incip. Sanctiſſimus, & infra.

Hac ſua perpetuo valitura Conſtitutione ſtatuit, & ordinauit, quod quoties in antea aliquem ſuper quouis beneficio eccleſiaſtico, vt præfertur, reſeruato, ſeu affecto, & dicta auctoritate, vel alias nulliter collato, tam in dicta curia, quam extra eam litigare contigerit, & iudici ordinario, ſeu cui cauſa deſuper commiſſa fuerit, etiam ſummarie, & extraiudicialiter, quantũ ſibi pro rei qualitate ſufficere parte legitime citata videbitur, conſtiterit beneficium ipſum in dictis menſibus vacauiſſe, aut alias, vt præfertur, reſeruatum, ſeu affectum, & nihilominus ordinaria, ſeu alia auctoritate nulliter collatum, & indebite detentum exiſtere, idem Iudex reproducta citatione, fructus, redditus, & prouentus beneficiorũ:

ſic, ſi

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ſic nulliter collatorum,& indebite detentorum ſequeſtrari mander', & faciat,ac alia exequatur in præmiſſis neceſſaria,& opportuna. Super quo eidem iudici omnem poteſtatem,& auctoritatem,impartitus eſt. Idemque Sanctitas ſua in cauſis nunc in quauis inſtantia coram eiſdem iudicibus pendentibus ſimiliter obſeruari mandauit. Præterea decreuit,& declarauit ſic reſignantes,ſeu cedentes,& nihilo minus lites huiuſmodi proſequentes,ne eorum malitia illis prodeſſe,& fouentibus bonum ius nocere valeat,ad fructuum,reddituum,& prouẽtuum dictorum beneficiorum per eos receptorum reſtitutionem,ac expenſarum in litibus huiuſmodi factarum refectionem,omniaque,& ſingula damna,& intereſſe,in quib. condemnati fuerint,ſi non ceſſiſſent,vel reſignaſſent,per iudices tam ordinaria, quam delegata,vel alia auctoritate fungentes, coram quibus lites ipſas pro tempore pendere ſeu moueri contigerit condemnandos fore,& condemnari debere, ac ad id teneri,& obligatos eſſe. Ipſoſque, ac etiam in dictis beneficiis ſucceſſores quoſcunque ad paritionem ſententiæ,ſeu ſententiarum,ac literarum executorialium pro tempore latæ,ſeu latarum,& decretarum,a quibus appellare non liceat ad reſtitutionem,ſeu relaxationem poſſeſſionis,ac fructuum,reddituum, & prouentuum,nec non refectionem expenſarum,ac damnorum,& intereſſe huiuſmodi, perinde ac ſi contra eoſdem ſucceſſores ſententia, ſeu ſententiæ latæ, & literæ executoriales huiuſmodi decretæ fuiſſent,cogi,& compelli. Sic tamen, quod poſtquam alter ipſorum ſententiæ ſeu ſententiis,ac reſtitutioni, vel relaxationi poſſeſſionis,& fructuum,reddituum,prouentuum,nec non damnorum,& intereſſe huiuſmodi refectioni,aliiſque præmiſſis realiter,& cum effectu paruerit,alter deſuper moleſtari non poſſit. Et ita in præmiſſis &c.

*Hãc Cõſtitutionem explicat Gonzalez in proœmio octauę regulę Cancel. c. 7. nu. 1. & 2.*

Extat etiam Pij V. conſtitutio,quod fructus beneficiorum lite pendente deponi debeant apud perſonam a iudice eligendam, non obſtantib. quibuſcunque ſtatutis diſponentibus,quod Capitula,& canonici percipiant, publicata Romæ die 3. Iunij 1568. fol. 1013. in Bullar. tenoris ſeq.

*Pij V.*

Cordi nobis eſt lites minuere,& a laboribus ſubditos, maxime perſonas eccleſiaſticas diuino cultui debitas, releuare. Sane cum ſicut accepimus in pleriſque cathedralibus,& collegiatis Eccleſijs earum Cõſtitutionibus, & ſtatutis,etiam a Sede Apoſtolica approbatis,& confirmatis cautum ſit, quod occurrentibus litibus, & controuerſijs inter prouiſos de dignitatibus, officijs, canonicatibus, & præbendis portionibus,& præſtimoniis,ceteriſque beneficiis eccleſiaſticis qualitercunque qualificatis,tam ordinaria,quam apoſtolica auctoritate,tam ſuper illorum prouiſione, ſeu inſtitutione, aut poſſeſſione, quam illorum idoneitate, & habilitate,aut alias ex quauis cauſa, & eorundem ad dignitates, canonicatus,& præbendas,ceteraque beneficia eccleſiaſtica prædicta admiſſione, & receptione, & Capitulum,& canonicos ceteroſque capitulares perſonas, ad quos admiſſio, & receptio tam de iure,quam ex conſuetudine ſpectat,& pertinet,aut etiam alias perſonas eccleſiaſticas aſſerentes beneficia prædicta ad ſe de iure ſpectare,ipſi ſic prouiſi interim beneficiorum huiuſmodi fructus, ac diſtributiones non percipiant,ſed Capitulum,& canonici illas, vel in ſuos vſus,& vtilitatem conuertendas, ſeu reſtituendas ei,cui de iure reſtituendæ erunt,recipiant,prout in dictis Conſtitionibus,& ſtatutis,ſeu conſuetudinibus continetur, quo factum eſt vt lites huiuſmodi immortales efficiantur, nec earum optatus finis videri poſſit. Hinc eſt, quod nos hac noſtra perpetuo valitura Conſtitutione auctoritate Apoſtolica ſtatuimus,atq; decernimus,quod fructus,redditus,& prouẽtus,& diſtributiones,ceteraq; emolumẽta, quæ vigore Conſtitutionũ,cõſuetudinum,& ſtatutorum prę

dicto-

dictorum a Capitulo,& Canonicis recipienda (vt præmittitur) erant, amplius non ab eiſdem Capitulo,& Canonicis recipiātur, ſed penes perſonam fide,& facultatibus idoneam, per iudicem, coram quo cauſæ huiuſmodi pendere repertæ fuerint, eligendam,& nominandam deponantur, reſtituenda ei,cui de iure poſtea reſtituenda fuerint. Sicq; per quoſcunq; &c. Non obſtantib. &c.

## SERVITIVM CAPPELLANIÆ.

QVONIAM inter noſtrates Iuriſconſultos concertatum eſt, varie ſentientes in dubitatione illa, videlicet, Quando teſtator, præuia Ordinarij licentia, ex proprijs bonis Cappellaniam fundauit, diſponendo, quod quotieſcunq; vacaret, prouideretur Cappellanus qui celebret, vel dicat tot Miſſas in qualibet hebdomada, ſeu menſe, An in hoc caſu Cappellanus præſentandus debeat neceſſario eſſe Sacerdos, ſeu ſaltem in tali ætate quod poſſit infra annum prebyteratus Ordinem ſuſcipere, an vero teſtatoris voluntati ſatisfieret, etiam ſi præſentaretur non Sacerdos, qui per alium Miſſas celebrari curaret; ſciendum eſt, quod poſteriorem partem, nempe quod talis Cappellania non ſit ſacerdotalis, recipit ac pluries decidendo amplexa fuit Rota Rom. teſte Hieron. Gonzalez in comment. ad reg 8. Cancell. gl. 5. ſub nu. 77. & infra, eo quod prædicta verba (qui celebret tot Miſſas) non reſpiciunt factum ipſum celebrationis ab ipſomet Cappellano, nec obligationem Sacerdotij, ſed potius ſunt poſita ad denotandum onus, quod ipſe fundator Cappellæ imponebat, & ſufficit vt expreſſe non ſit ita impoſitum Cappellano quod per alium expleri non poſſit; Accedebat ad tollendam omnem hæſitationem declaratio Congregationis Sacroſ. Conc. Trid. in vna Piſtorien. ſub illis verbis Item Epiſcopus non poteſt compellere obtinentem Cappellaniam vt ipſemet celebret, licet in eius funndatione diſponatur, quod Cappellani celebrent, nam iſtis oneribus Miſſarum recte per ſubſtitutum ſatisfit. Et ſimiliter eadem Sacra Congregatio declarauit vt ſequitur, Si fundatio Cappellæ eſſet ſub verbis teſtatoris, quod Cappellanus debeat celebrare diuina officia die, noctuque ſicut ceteri Cappellani faciunt, an Cappellanus hic debeat eſſe presbyter? Congregatio cenſuit ex his verbis poſitis in fundatione huius Cappellæ, non inferri neceſſario, vt Cappellanus debeat eſſe presbyter.

Prædicta ſunt intelligenda, niſi expreſſe contrarium in fundatione cautum eſſet, ſcilicet quod Cappellania ſit ſacerdotalis,& ad eam præſententur Sacerdotes, & non alij, qui per ſeipſos, & non per ſubſtitutum celebrare poſſint, vel quod Cappellanus præſentandus dēat eſſe actualiter Sacerdos, Cū enim hæc verba exploratam diſponentis voluntatem oſtendant, interpretandi ratio ceſſat: verū in primo caſu adhuc ſufficeret, quod præſentādus in ea ſit ætate, vt ſaltē intra annū ad presbyteratus Ordinē promoueri valeat, in vltimo aūt ſecus, adeo quod niſi tēpore præſentationis cū effectu ſit Sacerdos cū ei deficeret qualitas illa a fundatore requiſita, nec verba cōueniant, cenſetur ab ipſo fundatore (cuius voluntas ſeruanda erit) excluſus, quæ cum ipſi ſenſui expoſita ſint, nullius probationis ope indigent. Dicunt tamen Doctores, & præſertim Felin. in c. cum acceſſiſſent, ſub num. 19. & 20. de conſtit. poſſe Epiſcopum ex cauſa pro vna vice diſpenſare. Sed an hodie huic poteſtati ſit derogatum per Conc. Triden. ſeſſ. 24 cap. 5. de refor. eſſet conſulenda Sacra Congregatio, An autem Sacerdos obtinens cappellaniam

cum

cum onere celebrandi certas Miſſas, teneatur illas tempore infirmitatis per aliā celebrari facere, adeo quod ſi id negligeret Capellaniæ redditus ſuos facere nequiret, late tradit Petr. Nauar. lib. 2. de reſtit. nu. 210.

## *SIMONIA.*

PRAETER Summiſtas ſciendum eſt, quod vltra committentes Simoniam realem in ordine, & beneficio ac mediatores, vt in extrauag com. Pauli Secundi de Simon. declarata per Nau. in Man. confeſſ. c. 27. ſub num. 106. per Card. Pariſ. in conſil. 29. nu. 12 & infra volu. 4 per Addentes ad Diaz. in pract. cri. can. c. 91. & late per Io. Guttier. lib. 1 canon. q. c. 9. eius pęnæ fuerunt innouatæ, & ampliatæ per Pium V. vt patet ex conſtit. edita Kal. Aprilis 1566. fol. 924. in Bulla, incip. Cum primum, & infra.

*Pij V.* Vt ſimoniacæ prauitatis labes prorſus aboleatur, conſtitutiones Anteceſſorũ noſtrorum contra Simoniacos editas, & præſertim Pauli II. inuiolabiliter obſeruari mandamus, & delinquentes tam in ſacrorum ordinum receptione, quam in beneficiorum aſsecutione, ſtatutis etiam inferius pęnis noſtra auctoritate affici volumus. Quicunque igitur deteſtabile crimẽ Simoniacæ prauitatis commiſiſſe conuictus fuerit in conſequẽdis ordinibus, eo ipſo ſit ab illorum executione per decennium ſine ſpe diſpenſationis ſuſpenſus, & per annum carceribus mancipetur. Qui dignitates eccleſiaſticas ſimoniace acquiſierit, illis ſit ipſo iure priuatus in futurum inhabilis ad eas, & quaſcunque alias obtinendas. Qui beneficium, aut officium eccleſiaſticum ſimoniace adeptus fuerit, illis ſimiliter ſit ipſo iure priuatus, & ad fructuũ omnium, quos perceperit reſtitutionem teneatur, & perpetuo ſit inhabilis ad ea & quæcunque alia beneficia eccleſiaſtica obtinenda. Si quis autem tale crimen pluries commiſiſſe conuictus fuerit, præter ſupradictas pęnas etiam corporaliter puniatur, & ab ordinibus eccleſiaſticis degradatus a fidelium cõſortio eijciatur. Qui vero ordines, & beneficia ſimoniace cõtulerint, pęnis a iure ſtatutis puniantur cuiuſcunque gradus, conditionis, & dignitatis etiam ſi Epiſcopi, Archiepiſcopi, vel maioris fuerint. Caueant præterea quicunque, ne in ſacramentorum exhibitione Simoniacum aliquid faciant, alioquin grauiſſime puniantur per locorum ordinarios, qui huiuſmodi criminis reos cum maxima ſeueritate coercere procurent iuxta Conc. Trid. ſtatuta.

*Sixti V.* Sixtus Quintus alias pęnas addidit contra promouentes, & promotos ad ordines ſimoniace etiam in prima tonſura, vt in eius conſtitutione cõtra Clericos male promotos, quę in hoc non fuit moderata per S. D. N. Clement. viij. quam habes ſupra in verbo Ordo. fol. 390.

*ADDITIO. Præd. extrauagantem Pauli 2. nouiſſime explicat Rodriquez in ſum par. 2. cap. 58. concluſ. 6. & Barthol. Vgolin. in tract. de Simonia tab. 4. c. 3. & ſequentibus, vbi etiam aliqua ad intellectum Conſtitutionis Sixti V. quã ad verbũ recitat, reperies, & id quod paſſim prægalleg. Doctores aliique ab eis citati affirmãt. Sed extraua. Pauli 2. habere tantum locum in Simonia reali, quando aliquid datur vel recipiatur, deciſum fuit per Dominos de Rota prout continetur in deciſ. 408. diuerſ. vol. 1. An autẽ qui dat pecunias mediatori, vt ſibi impetret dimiſſorias ſeu reuerendas ad ordines ſuſcipiendos, quas per pecunias mediator impetrauit cõprehẽdatur in diſpoſitione d. extrauag. Pauli 2. diſputat. & reſoluit Nauar. in conſ. 58. de ſimon. in antiq. & 67. in nouis.*

*Vide ẽt Tolet. in ſum lib. 1. c. 49. & li. 5. c. 93.*

Contra

Contra prauas conſuetudines recipiendi a prouiſis de beneficijs. Vide Conc. Trid. ſeſſ. 24 cap 14. de refor. generali. Reuocatio priuilegiorum, & conſuetudinum eccleſiarum aliquid recipiendi in collatione, aut alia prouiſione, ſeu admiſſione ad poſſeſſionem beneficiorum fuit facta a Pio V. Romæ publicata, die 13. Iulij 1570. fol. 1080. in Bullar. incip.

Durum nimis, & incommodum arbitramur, quod eccleſiarum miniſtri in ijs quæ ad ipſorum ſuſtentationem ſuppeditant, diſpendia patiantur. Quo circa cũ hanc ad rem, ſimulque prohibendam ab eccleſia Dei auaritię prauitatem, editas ante hac ſanctiones minime ſatis eſſe intelligimus, nouæ Conſtitutionis ſubſidio cogimur prouidere. Cum itaque alias ex plurium eccleſiarum Cathedralium, & Collegiatorum Conſtitutionibus, aut ex praua conſuetudine obſeruari intelligeretur, vt in electione, præſentatione, nominatione, inſtitutione, confirmatione, collatione, vel alia prouiſione, ſiue admiſſione ad poſſeſſionem alicuius Cathedralis eccleſiæ, vel beneficij, canonicatuum, aut præbendarum, vel partem prouentuum, ſeu ad diſtributiones quotidianas certæ conditiones, ſeu deductiones ex fructibus, ſolutiones, promiſſiones, compenſationes ue illicitæ, aut etiam quæ in aliquibus eccleſiis dicuntur turnorum lucra, interponeretur, licet ſancta Synodus Tridentina hæc deteſtata mandauerit Epiſcopis, vt quæcunque huiuſmodi, quæ in vſus pios non conuerterentur, atque ingreſſus eos, qui ſimoniacę labis aut ſordidæ auaritiæ ſuſpicionem haberent, fieri non permitterent. Ipſique diligenter de eorum conſtitutionibus, ſiue conſuetudinibus ſuper prædictis cognoſceret, & illis tantum quas probarent exceptis, reliquas vt prauas, & ſcandaloſas reijcerent. Eos vero, qui aduerſus prædicta quauis ratione commiſiſſent, pœnis contra ſimoniacos editis teneri decreuerit. Multorum tamen indomita cupiditate tam prædicta, quam alia ad beneficium, & commodum ipſorum miniſtrorum, edita, aut omnino contemnuntur, aut in varios ſenſus traducta perperam eluduntur. Quare nos pro diuini cultus exercitio, ſimulque euocatorum ad illum auxilio plenius, euidentiuſque conſulendum fore, rati, reuocamus, & abolemus omnia, & quæcunque priuilegia, conſuetudines, & ſtatuta quarumcunque eccleſiarum Cathedralium, Metropolitanorum, ac maiorum nec non collegiatarum, etiam iuramento, confirmatione Apoſtolica, aut alio quouis pręſidio munita, ac etiam ſupra hominum memoriam, & longiſſimo, ac quantocunque tempore etiam continuo obſeruata, ſiue pro ſoluendis eccleſiarum, vel Prælatorum debitis, ſiue pro ſupportãdis illorum oneribus, ſiue alijs etiam maioribus, maximis, & vrgentiſſimis cauſis conceſſa, & approbata, ac etiam multiplicatis vicibus innouata, extenſa, & moderata, quod vacantibus, ipſarum Eccleſiarum dignitatibus, Canonicatibus, præbendis, portionibus, beneficijs, & officijs fructus, ac etiam quotidianæ diſtributiones ex eis primo ab ipſa vacatione Anno, aut longiore, vel etiam breuiore tempore prouenturi, Menſæ epiſcopali, ſeu Capitulari, aliove loco integre, vel partim remaneant, ſeu applicentur, aut in communes vſus cedant, ſeu inter alios canonicos, & perſonas eccleſiæ ſeu Capituli diuidantur. Quodque nullus etiam Apoſtolica auctoritate prouiſus in canonicũ recipi, aut ad dignitatem, ſeu portionem, beneficium, vel officium admitti, vel alias in eius poſſeſſionem induci poſſit, niſi prius de obſeruandis huiuſmodi priuilegijs, conſuetudinibus, & ſtatutis iuramentum præſtiterit, & obtentæ illorum derogationis, ac fructuum, diſtributionum perceptioni renunciauerit, ſeu Capitulo, & perſonis prædictis ceſſerit, ſed (vt appellant) dulciaria

aut,

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

aut quid aliud præſtiterit. Quorum omnium tenores, cauſas, & effectus habemus præſentibus pro expreſſis, quibuſcunque illa concepta ſint formulis, nec nõ irritantibus, & alijs decretis roborata. Volentes ea omnia vires, & effectum de cetero non habere. Præcipimus igitur, & interdicimus omnibus Epiſcopis Capitulis, Collegijs, & perſonis, ad quos id pertinet, ne poſthac fructus aut diſtributiones huiuſmodi, nec prorſus vllam eorum partem retineant, neue ipſorum ceſſionem, vel renunciationem, aut dulciaria, vel alia quomodocunque petant, vel exigant, aut quemquam ſiue ordinaria, ſiue Apoſtolica auctoritate prouiſum, ad præſtandum huiuſmodi iuramentum inducant, aut illi prædicta non facienti poſſeſſionem impediant, vel remorentur. Quicunque contra fecerint, ſi eccleſiarum Antiſtites tam diu a Pontificalis officij exercitio ſint ſuſpenſi, donec ſatisfactione præuia illis per Sedem Apoſtolicam ſuſpenſio relaxetur: Capitula vero, & Collegia quæcunque eccleſiaſtico ſubiaceant interdicto, ac ſingulares perſonæ in excommunicationis ſententiam incurrant. A qua, niſi in mortis articulo conſtituti, ab alio quam a Rom. Pont. abſolutionis beneficium nequeant obtinere. Decernentes huiuſmodi præſtita iuramenta non tenere nec quemquam illis obligari, quinimo iurantes in huiuſmodi cenſuram incidere, nec non irritum, & inane quicquid ſecus ſuper his per quoſcunque ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari. Et nihilominus ſtatuimus, vt vbicunque huiuſmodi fructus, & diſtributiones fabricæ, vel ſacriſtiæ, aut alterius pij loci vſibus vltra ſemeſtre tempus reperiuntur conceſſi, horum duntaxat dimidia pars ipſi ſacriſtiæ vel fabricæ, aut pro loco deinceps tribuatur, alteram vero beneficiati prædicti integre percipiant. Non obſtantibus conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis contrariis quibuſcunque. Aut ſi aliquibus communiter vel diuiſim ab Apoſtolica ſit ſede indultum, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint per literas Apoſtolicas non facientes plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto huiuſmodi mentionem Decreto prædictæ ſynodi, ac etiam Conſtitutione fel. rec. Ioannis Papæ xxii. quæ incipit, Suſcepti, & aliis iuribus hac de re diſponentibus nihilominus alias in ſuo robore duraturis. Ceterum per prædicta non intendimus illis præiudicare Capitulis, Collegiis, menſis, aut perſonis fructus, & diſtributiones inter vacationem beneficiorum, & eorum collationem, ſiue poſſeſſionis apprehenſionem prouenientes ex ſtatuto, conſuetudine, vel priuilegio huiuſmodi percipientibus, vel retinentibus, quo minus ipſi illos interim vt antea, exigere valeant, & habere. Poſtremo volumus, vt præſentium exempla etiam impreſſa, Notarii publici manu, & Pręlati eccleſiaſtici, eiuſue Curię ſigillo obſignata eandem illam prorſus fidem vbique locorum in iudicio, & extra illud faciant, quam facerent ipſęmet pręſentes, ſi eſſent exhibitę, vel oſtenſę. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginã noſtrę reuocationis, abolitionis, pręcepti, interdicti, decreti, ſtatuti, intentionis, & voluntatis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare pręſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Datum Romę apud Sanctũ Petrũ, anno incarnationis Dominicę milleſimo quingenteſimo, ſeptuageſimo, pridie kal. Iulii. Pontificatus noſtri Anno Quinto.

Et vide c. veniens, & c. Iacobus, & extrauag. com. Vrbani 4. d. tit. de Simo. & Conc. Trid. d. ſeſſ. 24. de refor. generali c. 14. & adde ad extrau. com. vnicam. ne ſe de vacan. quę eſt eadem cum extrauag. Ioan. 22. de electio.

ADDI-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*ADDITIO. Huius decreti Concilii Trid. vigore præter alia argumenta ab eo adducta conſuluit Nauar. conſ. 15 de Simon. in antiq. non licere Epiſcopo pro expeditione literarum collationis beneficii tertiam partem fructuũ illius accipere, & proinde ad reſtitutionem teneri. Eiuſdem decreti virtute conſuluit idem conſil. 7. eod. tit. non potuiſſe tuta conſcientia, Secretariũ Cardinalis, conſuetudine non obſtante percipere ſcuta duo, unum ſ. pro ſubſcriptione, & regiſtratura Bullæ prouiſionis beneficii eccleſiaſtici, & alterum pro impreſſione, ſeu appenſione ſigilli nullum alium laborem in ea ſuſtinendo. Fertur tamẽ quo ad hoc S. Congregationẽ declaraſſe non poſse Cancellarios pro expeditione literarũ collationis, vel inſtitutionis quorumcunque beneficiorum, vel pro deputatione Vicariorum in illis accipere ſuã mercedem niſi ſuo labori conuenientem, qui tamen ſcriptura, ſigillo, & ceris computatis, vnum aureum nõ excedat, dummodo ipſis Cancellariis ſalarium vllum pro officio exercẽdo conſtitutum nõ ſit, & ex pecunia quam acceperint nihil prorſus emolumenti Collatores aliquo modo directe, vel indirecte accipiant. Poteſt vero in adeptione poſseſſionis alicuius beneficii ſeu canonicatus, vbi talis adeſt conſuetudo, aliquid ſolui conuertendum tamen in aliquem pium vſum ex Panor. in c. Iacobus de ſimon. quem communiter receptum, idque per prealleg. Conc. decretum confirmari fatetur. Nauar. in Man. confeſ. c. 23. ſub nu. 102. vt ibi latius per eum.*

Contra dantes, & recipientes etiam Epiſcopi miniſtros pro collatione ordinũ vide Conc. Trid. ſeſſ. 21. c. 1. de refor. ex quo tex. notat inter alia Tolet. in Sum. lib. 5. c. 88. ex eo, quod Concilium generaliſſime loquatur, periculum eſſe etiã Candelas accipere, vide S. Thom. 2. 2. & q. 100. artic. 2. ad 4 Sot. lib. 9. decif. & in q. 6. artic. 1. Nauar. in man. c. 23. nu. 102. & conſ. 88. de Simon. in nouis, Vgoli. de Simon. tab. 4. c. 3. nu. 2.

Contra examinatores deputatos pro eligendis ad gubernandas eccleſias parochiales aliquid accipiendis decernit Conc. Tri. ſeſſ. 24. de refor. gen. c. 18. §. ...

Caueantque ne quidquã prorſus occaſione huius examinis nec ante, nec poſt accipiant, alioqui ſimoniæ vitium tam ipſi, quam alii dantes incurrant, a qua abſolui nequeant, niſi dimiſſis beneficiis quæ quomodocunque etiam antea obtinebant, & ad alia in poſterum inhabiles reddantur, &c.

*ADDITIO. Huius ratio videtur, quia per approbationem factam in concurſu acquiritur approbato ius ad beneficium, & ſic pro illo iure ſpirituali datum videretur temporale examinatoribus. Nauar. conſ. 58. verſ. Ad quartum. de Sim. in antiq. etiam in Miſcell. 41. de oratione, inſinuat, in quibus huiuſmodi examinatores peccare ſoleant, de quibus quatenus ad Simoniæ labem pertinet, agit Vgol. in tract. de Simon. tab. 1. cap. 48. §. 3. Et ex parte competitorum committi poteſt Simonia ex ſequentibus. & Primo ſi duo concurrentes ad beneficium, alter ad impedimentum tollendum alteri pretium det, vt a concurſu deſiſtat, vt ſic ſolus exiſtens ipſe obtineat. Maiol. lib. 5. de irregu. c. 45. nu. 3. Secũdo ſi fieret pactio, quod alter alteri in concurſu defectus, & exceptiones nõ opponat cũ realiter poſſint obiicere, ſed ſe examini ſubmitterent, & qui per ſuperiorem dignior iudicaretur beneficium haberet, & ſolueret alteri penſionẽ annuam cum beneplacito Sedis Apoſtolicæ. Nau. conſ. 3. nu. 1. de Simon. in antiq. & conſ. 39. 41. & 42. de ſimo. in nouis. Flamin. Pariſ. in tract. de confid. benef. probib. quæſt. 47. nu. 9. Tertio ſi quis per virũ potentẽ, cui pecuniam traderet ſeu promitteret, metum aliis inferret, vt a cõcurſu ceſſent. Vgolin. in d. §. 3. ſub num. 5.*

Eſt,& alia certa Simoniacæ prauitatis ſpecies, quam beneficiorum confidentiam vocant,de qua extat Pii IIII. Conſtitutio contra quoſcunque eccleſias,& beneficia eccleſiaſtica quæcunque in confidentiam retinentes, ſeu recipientes. Romæ publicata die 4 Decemb. 1564. fol. 820. in Bullario incip.

*Pij IV.* Romanum Pontificem in excelſa militantis eccleſiæ ſpecula conſtitutum, vigiles mentis oculos, non ſolum in abſentium extendere, ſed potiſſimum in præſentium domeſticorumque fratrum, & filiorum ſuorum mores diligẽter perſcrutandos, aliquando reflectere, ac eos præſertim, quos in Apoſtolicæ ſolicitudinis partem euocauit altiſſimus, ne dum ab omni pactionis illicitę contagione, verum etiam ab eius omnimoda ſuſpicione, vacuos, & immunes cõſeruare decet, vt qui ceteris illuſtris officii ſublimitate antecellunt, eoſdem priſca etiam illa morum integritate præſtare dignoſcantur. Sane licet dudum, cum certam ſimoniacæ prauitatis ſpeciem, quam beneficiorum confidentiam vocant, etiam in Rom. Cur. atque adeo in ſacrum venerabilium fratrum noſtrorum, Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalium Collegium, quaſi per cuniculos irrepſiſſe, ac nonnullos ex ipſis fratribus, nimia quadam facilitate, ſeu potius importunis amicorum, familiariumque precibus adductos, beneficia eccleſiaſtica in cõfidentiam huiuſmodi recepiſſe, & frequenter recipere, intelleximus, hanc illicitam beneficentiæ exercendæ, ſeu amicitiæ colendæ viam, a tanto ſaltem Collegio prorſus eliminare cupientes, eoſdem fratres in Conſiſtorio noſtro ſecreto, non ſemel admonuerimus, huic aliena beneficia cuſtodiendi modo ne aſſueſcerent, neue illa hoc pacto reciperent, vtque ſic recepta admitterent. Nihilominus nuper ad aures noſtras peruenit, eorum aliquos, monitionis noſtræ, immo potius ſuimet oblitos, ea, quæ cuſtodienda receperant, beneficia nondum tamen dimiſiſſe. Et inſuper illos, & nonnullos alios, etiam Patriarchas, Archiepiſcopos, & alios Epiſcopos, ac etiam Cameræ Apoſtolicæ Clericos, Eccleſias, monaſteria, dignitates, & alia beneficia huiuſmodi, in ſui fauorem reſignata, ceſſa, vel alias dimiſſa, acceptaſſe, aut de illis, per obitum, & alias vacantib. a nobis, & prædeceſſoribus noſtris, ſeu etiã ab ordinariis, & aliis inferiorib. collatorib. et ad patronorum præſentationẽ, ad alterius cõmodum ſibi prouideri obtinuiſſe, illaque, ac etiam alia aliter vacantia, ſibi in titulũ, commendam, vel adminiſtrationem, aut alias dicta auctoritate conceſſa quandoque in reſignãtium, vel cedentium, ſeu etiam aliorũ fauorẽ ceſſiſſe, vel alias dimiſiſſe. Ac ſibi propterea pẽſiones annuas, ac fructus, redditus, & prouentus Eccleſiarum, Monaſteriorũ, dignitatum, & aliorum beneficiorum huiuſmodi, in toto, vel in parte, etiam aliquando cum facultate illas, & illos trãsferendi, ac etiã collationẽ, prouiſionem, præſentationẽ, & aliam diſpoſitionem beneficiorũ eccleſiaſticorum, ad earundẽ eccleſiarum, monaſteriorum, & dignitatum Pręlatos pro tẽpore exiſtentes, ac alios huiuſmodi beneficia pro tempore obtinentes pertinentiũ, nec non regreſſus, ſiue acceſſus, & ingreſſus ad eccleſias, etiã Cathedrales monaſteria, ac alia diuerſa beneficia eccleſiaſtica, ſibi reſeruari procuraſſe, & obtinuiſſe, ad hoc videlicet, vt confidentes ſic decimarũ Apoſtolicarum, vel communis dicti Collegii, & annatæ, aliorumque iurium dictæ Cameræ debitorum, ſolutionem eludant, integriſque beneficiorum, etiam in menſibus Apoſtolicis vacantium, aut alias diſpoſition: Sedis Apoſtolicæ generaliter reſeruatorum, collationibus, ac interdum vt beneficia ipſa, tempore procedente, in aliquorum tunc forſan de iure inhabilium, & incapacium, vel nondum adhuc natorum, fauorem cedantur, ſeu reſignentur, vel vt perſonæ inhabiles, & incapaces huiuſ-

modi,

modi,etiam laici,penſionibus,ac fructibus, redditibus, & prouentibus eccleſia-
ſticis fruantur,& gaudeant,ſeu potius illis,& facultate trãsferendi prædicta abu
tantur,in animarum ſuarum periculum, & pernicioſum exemplum. Quare nos
hanc Cardinalium eorundem,in monitionibus noſtris parendo,in curiam,& tã
illorum,quam ceterorum Prælatorum,etiam clericorum,ac aliorum quorumcũ
que indignam fallaciam, conniuentibus oculis diutius minime diſſimulandam,
ſed huic errori,ne radices altius agat,occurendum tandem eſſe cenſentes. Et quo
niam hanc ipſorum,qui monitioni noſtræ non parentes beneficia huiuſmodi in
confidentiam, vt præfertur,retinuerunt,& fructus ex eis indebite, vel percipien
do,vel per alios nomine ſuo,etiam per ſimulatas illorum locationes, & fictas de
receptis quietantias,ac donationes, & remiſsiones percipi ſinendo, grauiter ex-
ceſſerunt Cardinalium metam,potius ex immoderata erga ſuos indulgentia,qu-
alique præceptorum noſtrorum ſpretu proceſsiſſe facile reputamus, idcirco om-
nes,& ſingulas eccleſias,etiam Metropolitanas,& alias Cathedrales, & monaſte
ria,etiam conſiſtorialia,prioratus,præpoſituras,præpoſitatus,dignitates, etiam
maiores,& principales etiam Conuentuales,perſonatus,adminiſtrationes,& of
ficia ceteraq; beneficia eccleſiaſtica,cũ cura,& ſine cura,ſæcularia, & quorumuis
ordinum regularia,ét de iure patronatus,etiam laicorum,etiam nobilium,& illu
ſtrium,etiam ex fundatione, & dotatione exiſtentia, per eiuſdem Romanæ Ec-
cleſiæ etiã Epiſcopos,Cardinales,& quoſcunque alios etiam Patriarchas,Archie-
piſcopos,& alios Epiſcopos,ac etiam eiuſdem Cameræ Clericos,in titulum,com
mendam,vel adminiſtrationem,aut alias,in huiuſmodi confidentiam iure pro-
hibitam,cuiuſuis perſonæ,vt præfertur,contemplatione,vel intuitu, quouis mo
do recepta,illorum liberam collationem,& diſpoſitionem nobis, & Sedi Apoſto
licæ,harum ſerie reſeruãtes,ipſo iure a die receptionis eorundem, vacauiſſe,& va
care: Ac fructuũ & penſionum reſeruationes,ac facultates trãsferendi, & colla-
tionis beneficiorum conceſsiones,eis,vt præmittitur,factas,ac regreſſus,ſiue ac-
ceſſus,& ingreſſus conceſſos huiuſmodi,ceſſaſſe, & ceſſare, ac extinctos eſſe, &
eoſdem Cardinales, ſeu quoſuis alios a prima die receptionis beneficiorum hu-
iuſmodi citra,fructus,redditus,& prouentus earundem Eccleſiarum, Monaſte-
riorum,dignitatum,& aliorum beneficiorum,ac penſiones, prædictas, indebite
percipere,ſuoſque facere non potuiſſe,neque debuiſſe,ſed illos omnes, & ſingu-
los,ad Cameram eandem deuolutos fuiſſe,& eſſe,illique deberi, ac ipſos Cardi-
nales,& alios,ad quorum manus quomodolibet peruenerunt, & eorum hære-
des,ad integram illorum reſtitutionem in vtroque foro teneri,& ad id opportu-
nis iuris remedijs compelli debere, auctoritate Apoſtolica,tenore præſentium,de
cernimus,& declaramus Et in ſuper vniuerſis,& ſingulis, tam eiuſdem Ro Ec-
cleſiæ Cardinalibus etiã Epiſcopis,quã Prælatis,& Clericis, & alijs prædictis prę
ſentibus,& futuris,ne deinceps vllo vnquam tempore,aliquas Eccleſias, Mona-
ſteria,dignitates,vel alia beneficia,etiam,de dicto iure patronatus,vti pręfertur,
exiſtentia,aut fructus,vel penſiones,aut regreſſus, ſeu acceſſus, in cõfidentiam
prædictam,aut ad effectum reſeruationum huiuſmodi, ſibi poſtmodum cedenti
bus procurandarum, recipere præſumant, Cardinalibus videlicet,& alijs Pręlatis
huiuſmodi in virtute Sanctæ obedientiæ,& ſub interdicti ingreſſus eccleſiæ, reli
quis vero ſub maioris excommunicationis latæ ſententiæ pœna, per contrafaciẽ-
tes eo ipſo incurrẽda,a qua, niſi a nobis,aut Ro. Pontifice pro tempore exiſtẽte,
præterquam in mortis articulo,cõſtituti,abſolui nequeant, diſtrictius inhibemus.
Ac quaſcunque collationes,prouiſiones,præfectiones,commendas, reſeruatio-

nes, facultates etiam transferendi, ac regrediendi, ſiue accedendi, & ingrediendi, ac alias diſpoſitiones, de eccleſiis, monaſteriis, dignitatibus, & aliis beneficis, eorumq; fructibus, & beneficiorum collationibus per nos, & alios Romanos Pontifices ſucceſſores noſtros etiam motu proprio, ſeu conſiſtorialiter, aut etiam per ordinarios, & alios inferiores collatores, etiã ad patronorum eorundem præſentationem, & alias quomolibet cum interuentu confidentiæ huiuſmodi, expreſſe, ſiue occulte ac de iure præſumpto, & alias contra præmiſſa pro tempore factas, nullas, & inualidas, nulliuſque roboris, vel momenti fore, neque cuiquam ſuffragari, ſed eccleſias, monaſteria, dignitates, ac alia beneficia huiuſmodi, ipſo iure vacare, ac noſtræ, & Sedis Apoſtolicæ diſpoſitoni reſeruata, fructuſque, & penſiones Cameræ Apoſtolicæ applicatos, ut præfertur eſſe, & cenſeri: Sicque in præmiſſis omnibus, & ſingulis per quoſcunque iudices, & Commiſſarios, etiam ipſius Eccleſiæ Romanæ Cardinales, ſublata eis quauis aliter interpretandi, & iudicandi facultate, etiam per præſumptiones, & coniecturas legitimas, & eorum arbitrio (cum alias confidentias huiuſmodi in lucem erui, & probari non poſſe conſtet) procedendo, iudicari, & definiri debere. Ac quicquid ſecus ſuper his a quoquam, quauis auctoritate ſcienter, vel ignoranter, attentari contigerit, irritum, & inane ſimiliter decernimus. Non obſtantibus, &c.

De confidentiis beneficialibus, earumque caſibus, præſumptionibus, & probationibus, & penis retinentium beneficia in confidentiam, extat etiam Pii V. Conſtitutio Romæ publicata die 6. Auguſti 1569. fol. 1051. in Bullario incip.

Intolerabilis multorum peruerſitas, qui Sacroſanctas Conſtitutiones nouis quotidie fraudibus eludere nituntur, ſæpe illarum auctores in neceſſitatem adduxit cautius prouidendi, quo pertinacium animi ab improbis conatibus grauiore ſanctione propoſita reprimantur. Bene quidẽ, & prouidenter felicis recordationis Pius Papa IV. prædeceſſor noſter ad tollendam fiduciariæ mancipationis beneficiorum eccleſiaſticorum corruptelam, ſtatuit, & decreuit, vt ipſo iure vacarẽt eccleſiæ, monaſteria, ceteraque beneficia eccleſiaſtica in confidentiam a quibuſcunque, etiam S.R.E. Cardinalibus, cuiuſuis perſonæ contemplatione, vel intuitu recepta, liberam illorum diſpoſitionem, ſibi, & Apoſtolicæ Sedi reſeruando; Nec valerent ipſorum collationes, ſeu conceſſiones, nec fructuum, nec penſionum reſeruationes, nec facultates illas transferendi, nec regrediendi ſeu accedendi ad eccleſias, monaſteria, beneficia ſupradicta, illaque recipientes, fructus, pẽſiones, & alias res eorundẽ indebite perciperent, Prohibens quibuſcunq; etiã ſub cenſuris eccleſiaſticis, ne qui huiuſmodi amplius auderent. Ac etiã decreuit omnes, & quaſcunque prouiſiones, præfectiones, collationes, cõmendas, & alias diſpoſitiones de eccleſiis Monaſterijs, & beneficijs, nec non reſeruationes fructuum, penſionum, rerum, & iurium, ac etiam transferendi, regrediendi, accedẽdi, & ingrediendi, aliaſque facultates, ſiue per ſe, ſiue futuros Rom. Pont. etiam motu proprio, ac conſiſtorialiter, ſiue etiam per ordinarios collatores, etiam ad patronorum præſentationem, cum interuentu confidentiæ huiuſmodi, ſiue expreſſe, ſiue occulte, ac de iure præſumpto, & alias contra prędicta pro tempore factas, nullius momenti fore, nec cuiquam ſuffragari, ſed eccleſias, monaſteria, & beneficia huiuſmodi ipſo iure vacare, ac prædictæ diſpoſitioni reſeruata eſſe, ſicque per quoſcunque etiam per præſumptiones, & coniecturas legitimas, & alias


UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

eorum arbitrio procedendo (cum alioqui confidentias huiuſmodi in lucem erui, & probari non poſſe conſtaret) iudicari, & diffiniri debere. Nec non irritum, & inane, quicquid ſecus contigerit attentari, quemadmodum confectis ſuper his literis ſuis plenius continetur. Veruntamen propter improbas multorum cupiditates, prædicta quæ ad purgandam hac pernicie eccleſiam, & animarum ſalutem ab ipſo prędeceſſore edita ſunt, in multis deprehendimus viam aperuiſſe grauius delinquendi. *Si* quidem cum frequentibus plurium querelis pridem concitati, quod iudices in cauſis huiuſmodi confidẽtiarum expediendis remiſſiores eſſent, omnes, & ſingulas cauſas ipſas vbicũque, & inter quoſcunque motas ad nos aduocauiſſemus, ac omnimodã huiuſmodi cauſarum præſentium, & futurarum, rerumq; omnium ex ipſis reſultantium cognitionem nobis, & ſucceſſoribus noſtris reſeruauiſſemus, & ſuper quibuſdam coram nobis proceſſum fuiſſet, variis inde, nec leuibus coniecturis intelleximus vitium quidem confidentiæ occulte irrepſiſſe, ſed in pleriſque cauſis præſumptiones, & coniecturas, quæ ad illud probandũ deducuntur, minime ſufficere, eiuſque rei cauſa plurimos, qui ante literarum prædictarum editionem huiuſmodi confidẽtias exercebant, vbi cognouerunt obſtructam veritatem propter difficultates probãdi in iudiciis confidentias ipſas contẽpta conſtitutione prædicta, eccleſias, monaſteria, & beneficia ſic recepa, vt prius retinere, alios fructus, penſiones, & alias res percipere: alios eorum exẽplo ad ſimilia, & grauiora fidentius commoueri. Multi enim ipſa beneficia iure retinere nequeuntes: alij ne cogantur ad ſacros ordines, ad reſidentiam, ad incedendum in habitu clericali, vt ad bellum proficiſcantur, vt inimicos occidant: alii vt alieno nomine lites agant, aut defendant, alij propter crimina incapaces: quidam vt purgato delicto, vel abſolutione conſecuta illa repetant, eadem in alios deponunt, & in pleriſque fructus ipſorum, aut eis miniſtrantur, aut quibus ipſi ſtatuunt, ſæpe laicis, & inhabilibus. Plerique vel ſenes, vel infirmi, vt beneficia in domibus ſuis perpetuent, illa renunciarunt, & renunciant in alios, qui vel profanam familiam cedentium de fructibus eccleſiaſticis alant, vel illa etiam num infantibus, aut naſcituris aſſeruent, facto interdum circuitu retroceſſionis, cum reſeruatione fructuũ, & aliarum rerum, aut acceſſu præſertim ab illis, qui præſtandorum iurium Cameræ Apoſtolicæ ſunt immunes: alii aut incapaces, aut aliis beneficijs eccleſiaſticis onuſti, aut eccleſiaſtico ordini ſeſe mancipare refugientes, aut mere laici beneficia eccleſiaſtica alij conferenda procurant, vt de illis poſtmodum ad libitum ſuũ diſponatur, fructus etiam percipientes illorum. Ad hæc plerique ordinarij, & alii collatores, ac etiã patroni laici curant deponenda beneficia, vt fructus, ſeu penſiones capiant eorundẽ, aliiſue faciant miniſtrari. Alia itẽ permulta eiuſcemodi admittuntur, quibus immaculata rerum diuinarũ puritas impie violatur, diſciplinæ eccleſiaſticæ neruus dirumpitur, & imminens patratur exitium animarũ. Quare nos volentes periculoſam taliũ audaciam noui iuris ſubſidio cohibere, præſentiũ auctoritate ſtatuimus, vt ſi quis quacunque actoritate eccleſiam, vel monaſteriũ, aut aliud beneficium eccleſiaſticum, qualecunque ex reſignatione, vel ceſſione cuiuſcunque perſonæ ſimpliciter, aut cum circuitu retroceſſionis cum regreſſu, vel acceſſu, etiam ſola dimittentis intentione receperit, vt illa, vel illud etiam in euentum regreſſus, vel acceſſus, eidem dimittendi vel alteri poſtea conferatur, aut illius fructus, vel eorum pars alii, vel aliis concedantur, vel penſiones ſoluantur, ex eiſdem hæc confidentia cenſeatur. Itidem ſi ordinarius, vel alius collator contulerit ante hac, aut conferat in futurum beneficium eccleſiaſticum quouis modo vacans, ea conditione tacita, vel expreſſa, aut poſtea in alterum pro ar-

bitrio collatoris,ſeu alterius cuiuſcunque contra ius communis ordinationem di
ſponatur, ſiue vt de eo prouiſus, fructus illius, vel partem ad vtilitatem, vel
libitum conferentis, vel cedentis, aut alterius relinquat, & remittat, ſeu penſionē
illi, vel illis, quem vel quos idem collator, aut cedens, vel alius per ſe, vel aliū ſcri-
pto, aut verbo iuſſerit, ſeu ſignificauerit, perſoluat, & pariter ſi a patrono etiā lai-
co, vel alteri præſentatori, ſeu electori contigerit, aut contingat id fieri. Ad hæc ſi
clericus prædictæ Cameræ, aut Cardinalis, aut alius a ſolutione iurium ipſius ca-
meræ, vel etiam Cancellariæ Apoſtolicæ exemptus, poſt reſinbationem, vel ceſſio
nē alicuius extranei, de eccleſia, monaſterio, vel alio beneficio eccleſiaſtico in Sede
Apoſtolica, vel alia auctoritate factam, & admiſſam, illam, vel illud etiam confe
ctis literis Apoſtolicis, & poſſeſſione apprehenſa in eūdem reſignantem vel ce-
dentem, modico ſpacio interiecto, veluti duorum, aut trium menſium retroceſſe
rit, aut retrocedat in futurum, & ex illa retroceſſione fructus eccleſiæ, ſeu mona-
ſterij, aut beneficij, vel eorum pars, ſeu penſio, ſeu quid aliud ſuper illis reſerua-
tum aut regreſſus, ſeu acceſſus, & ingreſſus ad illam, vel illud, ipſi clerico, vel Car
dinali, aut alij exempto ſit, fueritue conceſſus. Poſtremo ſi quis crimine aliquo ab
ſolutus, aut cū quo ſuper irregularitate diſpenſatum eſt, denuo receperit, quacū-
que auctoritate eccleſiam, monaſterium, vel aliud beneficium eccleſiaſticū, quod
ante, vel poſt commiſſum delictum, aut contractum irregularitatem dimiſerit, in
quouis horum caſuum confidentiæ prauitas ſit contracta, caſuſque huiuſmodi li
teris prædictis comprehendantur, ac ſi illi ſpeciatim expreſſi fuiſſent, licet ipſum
confidecentiæ crimen alterius tantum partis conſcientia ſit admiſſum. Ad proban
dum vero plene confidentiarum abuſum inter alias etiam hæ præſumptiones, &
coniecturæ habeantur legitime videlicet, ſi quis poſt ceſſam ab ſe eccleſiam, vel
monaſterium, aut beneficium, & publicatā reſignationem, ſeu ceſſionē, captam-
que a ſucceſſore poſſeſſionem, ſeſe in illa, vel illo, ſeu rebus illius, per ſe, vel alium,
ſeu alios de facto ingeſſerit, aut fructus perceperit, aut quicunque ſucceſſor illi,
vel eius propinquis ipſos, aut partem aliquā remiſerit eorundem. Si recipiēs bene
ficiū conſtituerit dimittentē, vel eius parentes, aut propinquos procuratores ad
percipiendū, vel locandū fructus beneficij dimiſſi, & illi vel illis de fructibus per
ceptis, aut percipiēdis, donationem fecerit. Si vel ſola procuratoris depoſitione,
vel libris rationalibus menſariorum ex parte dimittentis, expeditio, quæ perſo-
nā recipiētis cōcernit proſecuta ſit, ſimulque expēſæ pro ea neceſſariæ ab illo fa-
ctæ fuerint. Denique ſi quis pro cōceſſione alicui facta quacūque auctoritate de
beneficio eccleſiaſtico per ſe, vel aliū ſeu alios interceſſerit, vel alias in negotio cō
ceſſionis, ſeſe immiſcuerit quoquomodo, deinde aliquid de fructib. talis beneficij
de facto ēt per manus poſſeſſoris, ac ēt ſimplicis donationis titulo perceperit ſeu
de illa poſtmodū ad voluntatē interceſſoris fuerit diſpoſitum quandocunq; Te-
ſtes aūt de quaque re ſingulares ſingulas probare valeant præſumptiones, & cō
iecturas, plureſque huiuſmodi præſumptiones, & coniecturæ plenā probationē
faciant in prædictis. Ceterum criminoſi, & ceteri omnes, qui ad perhibendum in
caſibus ſimoniæ teſtimonium recipi poſſunt, ad prædicta omnia admittantur.
Sed ne quiſquam ēt vana fiducia fretus, non intendendi contra ſe iudicii, in cri
mine perſeueret, vtque hoc malum grauioris cenſuræ ſtimulo vſquequaque pro-
hibeatur, omnes, & ſingulos, qui hucuſque eccleſias, monaſteria, beneficia,
fructus, penſiones, aliaſue res, intercedente hoc confidentiæ vitio receperunt, ac
retinent, niſi ſtatim ad ſe reuerſi, & reſipiſcentes celeri dimiſſione ſibi proſpexe-
rint, & quicquid tale admiſerint in futurum, etiam omnibus, & ſingulis aliis

eccle-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

eccleſiis,monaſteriis,dignitatibus,adminiſtrationibus,officiis, & beneficijs obtentis,quæ pariter ſub dicta reſeruatione comprehendi volumus,nec non fructibus,penſionibus, & alijs rebus eccleſiaſticis,ac etiam Romanæ Curiæ,& alijs officijs temporalibus præſentium auctoritate priuamus,& ad futuras inhabiles decernimus,& in iuris ſubſidiũ excõmunicationis ſententia innodamus,a qua nullus,niſi in mortis articulo conſtitutus,ab alio,quã a Rom. Pont absolutionis beneficium valeat obtinere. Nos enim aduocatione cauſarũ huiuſmodi, & reſeruatione cognitionis illarum,rerumque omnium inde emergentiũ,nobis, & prædictis ſucceſſoribus,vt prædictũ eſt,facta (cauſis illis duntaxat exceptis, quæ iam coram nobis pendere noſcuntur,ac etiã ijs,quas ratione eccleſiarũ,& monaſteriorũ,quorum diſpoſitioni Conſiſtorio fieri conſueuit,aut debeat,itemque cõtra ordinarios collatores Epos,& alios ſuperiores, prælatos, etiã Cardinales haberi cõtigerit,vti iã alijs nr̃is literis ſtatutũ eſt,audiendis, & terminandis) harũ ſerie prorſus relaxata,decernimus ita deinceps quoſcunque iudices ordinarios,& legatos,ẽt cauſarũ Palatij Apoſtolici Auditores,ac prædictæ Rom. Eccleſiæ Cardinales,ſublata eis,& ipſorum cuicunque quauis aliter iudicandi,& interpretandi facultate,& auctoritate,vbique iudicare,interpretari,& diffinire debere,nec non irritũ,& inane,quicquid ſecus in prædictos per quoſcunque,quauis auctoritate, ſcienter,vel ignoranter contigerit attentari. Quocirca omnibus locorum ordinarijs diſtrictius iniungimus,vt in ſuis quiſque eccleſiis,ciuitatibus, diœceſibus, & locis etiam exemptis,ad prædicta ſtudioſe attendant, & quatenus illis relaxauimus,in delinquentes ſeuere animaduertant,ſi diuinæ maieſtatis iudicium,dictæque Sedis cenſuram voluerint euitare. In ceteris vero cauſis,negotijs (nobis,& prędictis ſucceſſoribus exceptis) eoſdem locorum ordinarios præſentium auctoritate delegamus,vt gratia,& fauore poſtpoſitis, pro ſe quiſque,cũ venerit vſus,contra prædictos omnes ſub ipſa exceptione comprehenſos diligẽter inquirant, ſuoque inquiſitiones omnes ſigillo obſignatas ad prædictam Sedẽ quam primũ trãſferant, vt nos, & prędicti ſucceſſores in cauſis huiuſmodi procedẽtes,quod iuſtũ fuerit,decernamus. Nos enim ſingulis ordinarijs ipſis prędictos omnes,& quoſcunque alios,etiam exemptos,etiam per edictum publicum, conſtito prius ſummarie,& extraiudicialiter de non tuto ad illos acceſſu,citãdi monendi, eiſque ac iudicibus ordinarijs,& delegatis,alijſque perſonis quibuſcunque,ne prædictorũ executionem quoquomodo impediant,vel alias in illis ſeſe interponant, etiam per ſimile edictum inhibendi,eoſdemque,alios contradictores,& rebelles quoſcunque per cenſuras,& pęnas eccleſiaſticas,ac omnia alia iuris, & facti remedia opportuna compellendi,auxilium brachij ſæcularis, quandocunque opus erit, inuocandi,ceteraque in prædictis omnibus,& ſingulis neceſſaria faciendi,& exequendi,plenã,& liberã tenore præſentiũ concedimus facultatẽ. Non obſtãtibus, &c. literis prędeceſſoris huiuſmodi in ſuo robore duraturis. Volumus autem &c.

Ad hanc Conſtitutionem vide Suarez de cenſuris diſp. 22. ſect. 6. fol. 437. & ad materiam confidentiæ per hanc extrauag. prohibitæ extant conſi. Nauar. in tit. de ſimon. in nouis videlicet a conſ. 70. vſque 84. & vide Guttier. lib. 2. cano. q. c. 24. a num. 78. Lodouic. Lopez in inſtructorio conſcien. par. 2. c. 9.

*ADDITIO Præfatæ conſtitutionis Pii V. quatuor ſunt partes principales, quæ tota die practicantur,ſi quidẽ poſt relationẽ tenoris Cõſtitutionis Pii IV. quã fortiori vinculo innouat,confirmat,& ampliat,& poſt ſpecificationem cauſarum,ex quibus moueri poſſunt homines ad confidentiæ crimen committendũ, vt in verſic.*

*Multi enim &c. In prima parte exprimit ſeu ponit quatuor caſus quos ipſe confidentiales iudicat, qui continentur in § Quare nos volentes & in c. in ſecunda parte inducit modos probandi confidentiam per quatuor coniecturas, ſeu legitimas præſumptiones, ex quibus in foro exteriori commiſiſſe conuincitur in §. Ad probãdum, &c. in 3. parte diſponit circa perſonas teſtium ſ. vt ad probandum hoc confidentiæ crim. teſtes ſingulares ſufficiãt, & vnius teſtis dicto ſtetur, in §. Teſtes autem, etc. Et quoniam præd caſus, & coniecturæ quib. hæc Simoniæ ſpecies ſ. confidentia detegitur poſt Nauar in man. cap. 23 nu 109. & ſeq. reaſſumuntur per Maiol lib 5. de irreg., c. 45 Maſc. in tract de prob. concl. 1307 Menoch in tract. de præſum. lib. 5 præſ 9. Bartholom. Vgolin. in tract de Simonia tabula prima cap 22 latiſſime explicantur per Flamin. Pariſ. in tract. de confident benefi. probib. præſertim quæſt 27 & ſeptẽ aliis ſequent. nõ erit propterea inſiſtendũ; addimus tamẽ duas alias confidentiæ ſpecies per Rotam Romanam tales iudicatas, quarum prima eſt, quando reſignans cum eſſet infirmus conuenit cum reſignatario cui beneficia reſignauerat, vt ſi ex illa infirmitate conualeſceret, ipſa beneficia ſibi reſtituerent, & ſi moreretur eſſent ſua ita habetur in deciſ. 337 diuerſ. par. 3 li. 3 altera eſt, quãdo cõſtaret ex literis miſſiuis reſignanti directis in quibus reſignatarius fateretur ſibi factam fuiſſe beneficii reſignationes ob id, quod ipſe tanquam fideiuſſor reſignantis ſoluerat debitum eius creditori, & quia ſumus in his, quæ difficilem habent probationem ſicuti in cõfidentia quæ ſecrete tractatur, fuit concluſum hanc coniecturam ſeu circumſtantiã ſufficere ad probandam confidentiam ita Caputaq. deciſ. 200 part. 1. aſſertio illa quod quando Sumus in his quæ ſunt difficilis probationis ſufficit probatio per coniecturas, declaratur per Gratum in conſ. 45. nu 4. lib. 2.*

*Quartam igitur, & poſtremam huius conſtitutionis principalem partem aſſumẽdo ſ. circa pœnas inobedientibus, & contrafacientibus inflictas, de quibus agitur in §. ſed ne quiſquã, &c. breuiter, & ſuccincte aliqua diſſeremus. Et primo quod ſtãte priuatione ſeu vacatione beneficiorum ipſo iure per prænarratas extrauagantes illata, quorum collatio ipſi Sedi Apoſtolicæ reſeruatur, nota caſum ſpecialem, cuius meminimus nos ſupra in verbo beneficiorum reſignatio fol. 106 verſ. Huius occaſione, &c. in quo quis in foro conſcientiæ tenetur beneficia dimittere, etiã quod non præcedat ſententia declaratoria, & ratio eſt quia in illis non videtur iuſte intitulatus. Pariſ in præalleg tract. q. 58. nu. 6 & ab initio nihil iuris in eis acquiſiuit Nauar in man c. 23. ſub nu 111. optime Rodriquez in ſum. c. 58. concluſ 6. notab. 8 p. 2. Et Vgolin. in tract. de Simon. tab. 4. c. 6. §. 1. nu. 2. Amplia, vt poſtquã illa dimiſerit, non poſſit de nouo impetrare, & illa ex nouo titulo obtinere Caputaq. deciſ. 201. num. 2. par. 1. & expreſſe ſtatuitur in quadam conſtit. Pii IIII edita ad reformandum officium Pœnitentiariæ fol. 744. in Bullar. incip. In ſublimi §.*

Caueat autem Pœnitentiarius ne in abſolutionibus a Simonia reali, vel conuẽtionali etiam occulta vnquam concedat, vt ipſi Simoniaci, beneficia, ſuper quibus Simoniam commiſerunt, ſeu pecunias, vel alia pro illis accepta, aut fructus exinde poſt commiſſam Simoniam perceptos in toto, vel in parte retinere poſſint; Quinimo, & in abſolutionibus huiuſmodi apponatur clauſula, quod vterque ad beneficium, ſuper quo fuit commiſſa Simonia perpetuo inhabilis exiſtat. Hactenus verba Pij IIII. per quæ verba, vt aſſerit Tolet. in ſum. lib. 5 c. 93. n. Summus Pontifex reſeruauit ſibi diſpenſationem in retinendo beneficio, & fructibus per Simoniam conuentionalem, & occultam perceptis.

Secundo amplia vt d.priuatio cenſeatur ipſo iure facta non ſolum de benefi-cijs,ſuper quibus eſt commiſſa confidentia, ſed etiam de alijs ante rite, & licite obtentis, ita ex vi verborum Conſtitutionis Pii V. colligi per plura docet Pariſ. in eadem quæſt.58.nume.31.& infra, quod nota quo ad multos effectus, qui re-ſultant ex amiſſione beneficiorum ipſo iure, de quibus per Hoied.in tract. de in-compatib. benef. cap.13. num. 59.& ſequ. par. 1. Declara ſecundum Henri-quez lib.13.de excomm.cap.37.ſub §.5.prope finem. hoc procedere in foro ex-teriori,verum vt in foro conſciẽtiæ Simoniacus dimiſſo beneficio Simoniace ha bito,& abſoluturus ab excommunicatione poſſit frui primis beneficijs rite ſuſce ptis,& ita in gl.lit.c.inquit temperandum eſſe rigorem extrauag.Pauli II.& Pii V.de cõfidẽtia,vbi rationẽ affert,quia bonis propriis,& iure quæſito, ac poſſeſ-ſione nemo in pœnã priuandus eſt ante ſententiam ſaltẽ criminis declaratoriã.

Tertio amplia,vt ad euitandam hanc priuationis pœnam non ſuffragetur al legari ignorantiam præd.Conſtitutionum, ac confidentiæ per eas prohibitæ,quã opinionem veriorem in iure eſſe,eam ſuſtinendo, voluit Decius in c.2. nu.35.de Conſtit.& ratio eſt, quia hæc ignorantia non videtur probabilis ex attentatione facti alias de ſe damnati,& illiciti Panor.in c.a nobis.el 1.num.9.de ſen.excom. quam opinionem ſectando Pariſ.q.11.nu.30.alia ratione comprobat, quia alias daretur cauſa committendi confidentias,& deludendi præfatas Conſtitutiones, ideoque hanc viam non eſſe aperiendam.

Limita, & primo, quando confidentia eſſet commiſſa ab alio, accipien-tibus tamen beneficia illam ignorantibus, veluti cum conſanguineus pro-curat, vt alicui ex ſuis coniunctis conferatur, ſeu renuncietur beneficium, pro mittens beneficii,eiuſque fructuum diſpoſitionem ad libitum ipſius cõferentis, ſeu reſignãtis, vel & ſecundo cũ beneficia aſſeruãtur pro quibuſdã incapacibus, quibus effectis habilib. fuerũt poſtea dicta beneficia reſignata ab his, qui illa ha-buerunt in confidentiam, quæ limitatio ſane eſt intelligenda,& primo non qui-dem ad effectum,vt in foro exteriori priuari nõ poſſint ipſis beneficiis, ſuper qui bus commiſſa eſt confidentia,quamuis inſcii illius facti,& ratio eſt, quia in odiũ criminis ad quoſcũque trãſit res, trãſit cũ vitio. Panor. in c.ex inſinuatione, nu.6. de Simon. ſed duntaxat quo ad pœnas priuationis aliorum beneficiorũ iuſte ob tentorum,& declarationis inhabilitatis ad alia, quæ per has Conſtit.inducuntur, eſſet enim contra omnem legem, vt quis ex delicto ab alio commiſſo puniatur, & ita cũ hic caſus eueniſſet fatetur Pariſ.in d.quæſt.21.ſub num.47. ſe vidiſſe cõ ſultum per plures excellentiſſimos V.I.DD. Italiæ, & Hiſpaniæ. Secundo d.limi tatio intelligenda eſt, quod iſti tales, ne incipiant ligari his, & alijs pęnis in pręd. extrauag.adiectis ſuperueniente ſciẽtia,& certificati de hoc, ſ. de confidentia ab alio commiſſa, debent ſtatim illa beneficia dimittere, quam concluſionem appro baſſe Ro. Romanam aſſerit Gomeſ.in regula de Trien.poſſeſſ.quæſt.12.verſ. Et iſta quæ dicta fuerunt, &c. Nauar.in conſ.15. num. 6. & conſ.65. de Simon.in antiq. Vgolin.in cit.tract.tab.4 §.2.num.1 & eſt comm. opinio. vt per Pari. in ead.quæſt.21.num.52. Secundo limita has extrauag. in eo, quod reddunt ipſa-rum tranſgreſſores incapaces, & inhabiles ad alia beneficia in futurum obtinen da, niſi habuerint diſpenſationem, qua mediante ſit licitum, quod alias erat il-licitum Doct.in cap.at ſi clerici,§.de adulterijs, de iudic. Caputaque, in præalleg. deciſ.201.num.1.par.1.& deciſ.238.par.3. Tertio limita, vt per has Conſtitutio nes non puniatur tractatus illicitus de renunciando beneficium ſub confiden-tia, ipſa reſignatione non ſequuta, vel etiam ſi fuiſſet ſequuta, ſed non eo modo

vt

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

vt fuit tractatum, ac etiam ſi facta fuiſſet traditio chirographi continentis promiſſionem illicitorũ, a quibus poſtea receſſum fuerit ex Nauar. in conſ. 48. nu. 3. de Simon. in antiq. & ex lectura ac contextu præd. conſtitutionũ apparet illas loqui in caſibus, in quibus realiter fuerit confectus actus ſub titulo confidentiæ, prout conſiderat Pariſ. in d. tract. q. 3.

Altera pœna quæ ex his extrauag. & præſertim Pij IIII. in verſ. in eoſdem Cardinales, &c. colligitur, eſt, Cõfidentiarios, eorumque hæredes in vtroque foro teneri ad integram fructuum perceptorum reſtitutionem ex beneficijs, quos habuerunt in confidntiam a prima die receptionis illorum Cameræ Apoſtolicæ faciendam, & ratio eſt quia illos ſuos facere non potuerunt ex cauſa iniuſtæ acceptionis, tanquam a lege prohibitæ, arg. text. in c. qui contra iura. de regul. iur. in 6. vnde cum cauſa confidentiæ commiſſæ reddidit eorum titulum inutilem, & ipſo iure nullum, non habuerunt facultatem ad illos capiendos, & ſic, vt quidam fures rem alienam detinere videntur. Rodoan in tract. de ſimon. part. 4. cap. 14. ſub nu. 19 & diceretur integre fieri reſtitutio quando plenarie, & vſque ad vnũ quadrantem fieret arg. tex. in c. commiſſum, & c. tua nobis. de decim. Bald. in c. conquerente, nu. 1. de reſtit. ſpoliat. vide Purpurat. conſ. 466. nu. 27. vol. 2. Amplia vt tanquam iniuſti alienæ rei poſſeſſores tam in iudicio animæ, quam in foro exteriori teneantur reſtituere nõ ſolum fructus qui potuiſſent a quolibet diligẽti percipi, ſed etiam fructus perceptos propter eorum induſtriam, & ſolicitudinem, deducta tamen huius ſolicitudinis iuſta mercede, prout explicat Didacus Couar. in relect. regulæ peccatum. par. 2. §. 2. num. 4. de reg. iur. in 6. Declara hoc eſſe intelligendum deductis etiam expenſis in colligendo ipſos fructus, & illis, qui expenſi ſunt in vtilitatem Eccleſiæ. D. Thom. 2. 2 qu. 100. art. 6. in ſolut ad 3. Burgaſ. in tract. de irregular. par. 6. tit. de Simonia, num. 85. & Vgolin. in præal. leg. tract. tab. 4. cap. 6. §. 2. num. 4 & cap. 7. §. 2. num. 3. Ioan. Gutier. lib. 2. cano. q. c. 24. num. 14. Secundo amplia vt etiam habita prius abſolutione ab excommunicatione reſeruata, nequeat Confeſſarii hos Confidentiarios abſoluere, niſi facta præd. fructuum reſtitutione, alioquin ſi per ignorantiam craſſam, ſeu affectatam abſoluerent ante reſtitutionem, vel antequam præciperent eam confitẽti ad id parato, peccarent, & remanent obligati ad reſtituendum, quia fuiſſent in cauſa ne alienum reſtituatur, Roſel. in verbo Reſtitutio 2. §. 9. Angel. in eod. verbo vlt. §. 5. declarando, vt per Nauar. in man. ca. 17. num. 22. Limita, vt non debeat fieri reſtitutio de fructibus perceptis ab iis, qui d. beneficia aſſequuti ſunt per confidentiam a tertio commiſſam, ipſis tamen ignorantibus ex dictis per Nauar. in conſ. 30. num. 3. & 4. & conſ. 60. de Simon. in antiq. quod intellige, & primo de perceptis ante habitam notitiam de confidentia, ſecus vero de perceptis poſt eius notitiam ex rationibus per eundem Nauar. adductis in conſ. 61. nu. 7. eod. tit. 2 intellige de perceptis, & qui bona fide conſumpti reperiuntur ante d. ſcientiam vitii confidentiæ, ſecus vero de fructibus extantibus tempore ſcientiæ, & dimiſſionis faciendæ ipſorũ beneficiorũ ex D. Thom. loco præcit. quẽ ſequi videtur Couar. in regul. peccatum par. 2. §. 8. ſub num. 8. de regul. iur. in 5. & Rodriq. in ſum. par. 2. cap. 68. concluſ. 3. Vgolin. in d. cap. 7. § 2. Pariſ. vero in præalleg. tract. q. 21. num. 50. nulla habita diſtinctione in hoc caſu in terminis, huius extrauag. Pii V. tenet fructus perceptos eſſe reſtituendos: mihi vero æquius, & probabilius videtur eius opinionem eſſe moderandam, ac intelligendam ſecundum pręſentem, & pię narratam declarationem. tu autem cogita. Secundo limita quo ad fructus ſic male, & indebite perceptos, cõdonatos ſeu remiſſos ipſi

bene-

beneficiario, ſiue in totum ex gratia, ſiue in partem vltra ſummam ſolutam ratione compoſitionis factæ cum Camera Apoſtolica, cum de ſtylo Datariæ ſit, vt ſoleat partem fructuum male perceptorum exigere, & reliquos condonare, vt colligitur ex Nauar. in comment. de Spol. cle. §. 12. ſub num. 4 & Mandoſ. de ſignat. grat. ti. de Abſolutio a mala fruct. percep. quæ compoſitio dicitur quædam gratuita conuentio. Rebuſ. in tract. de decim. q. 13. nu. 14. qui beneficiarius vt ſit tutus in foro conſcientiæ, debet exprimere verum valorem fructuum exactorum Nauar. conſ. 73. de Simon. in antiq. etiam ſi huiuſmodi fructus fuiſſent modicæ quãtitatis, cum eius taciturnitas gratiam ſurreptitiam redderet. Puteus deciſ. 131. lib. 1. Mandoſ. loc. cit. Pariſ. in eod. tract. q. 60. num. 35. & infra, quo loco etiam inſinuat formã, & praxim hodiernã circa hãc fructuũ reſtitutionẽ ſeu cõpoſitionẽ.

Eſt & alia pœna quę per has extrauag. infligitur ſcilicet excommunicatio ipſo facto incurrenda, cuius abſolutio Summo Pontifici reſeruatur. Amplia, & primo vt de eius ſubſtantia non requiratur, ſeu expectetur iudicis declaratio, ſed ſtatim ipſi confidentiarij in eam incidant, eaque ligentur, & ratio eſt quia immediate trahit ſecum executionem cap. paſtoralis, §. verum, de appellat. Felin. in cap. Rodulphus, ſub num. 38. de reſcript. Decius conſ. 45. num. 4. Sot. lib. 1. de iuſt. & iure quæſt. 6. art. 6. Roderi. Tom. 1. quæſt. regul. q. 8. art. 4. Cęſar de Graſ. deciſ. 2. num. 13. ſub tit. de ſent. excom. Secundo hanc excommunicationis pœnam extende, vt illa afficiatur etiam mediator ſeu interceſſor, qui ipſam confidentiam procurauerit, tum quia mediator criminis dicitur ipſum delictum committere, vt annotant Gemin. & Franc. in c. mediatores, de teſtib. in 6. tum quia qua ratione mediator Simoniæ incidit excommunicationem, vt expreſſe cauetur in extrauag. 2. §. ſtatuentes, ſub tit. de Simon. inter com. eadem etiam mediator Confidentiæ arg. tex. in l. illud, ff. ad legem Aquil. & in l. a Titio. de verb. oblig. & ad hoc vt quis dicatur mediator Simoniæ, ſeu confidentiæ non requiritur, quod ipſe ob eã aliquid percipiat, ſibique quærat, ſed ſatis eſt, vt mediator fuerit, vt illa fiat, ſicuti probatur in d. extrauag. 2. & tradit Nauar. in conſ. 59. de Simon. in antiq. Vgolin. in eod. tract. tab. 4. cap. 8. vbi de iſtis proxenetis, & mediatoribus, poſt Redoan. in tract. de Simon. par. 4. cap. 10. agit, & ad pœnas ad quas teneantur; Vbi vero huiuſmodi mediator aliquid de beneficij fructibus perceperit, tũc quia non ſolum eſt mediator, ſed etiam dicitur principaliter facere, & confidentiæ delictum committere, alijs vtique pœnis afficietur præter illam excommunicationis. Pariſ. in eo. tract. quæſt. 22. ſub num. 14 dicens id aperte liquere ex verbis d. extrauagan. Pij V. in verſ. Denique ſi quis, &c. Limita, vt in hanc excommunicationis pœnam non incidant tam ignorantes prædictas Conſtitutiones iuxta ea, quæ ſcribit Nauar. in pluribus conſilijs, ſub tit. de ſen. exc. & præſertim in man. cap. 27. num. 274. vbi neruoſius quam alibi huius concluſionis rationes tangit, etiam ſi per legem Papæ excommunicatio eſſet impoſita pro facto de ſe illicito, & tradit. qui alios citat in ſum. lib. 1. cap. 8. verſ. Aduerte rurſus. prope finem, quã etiam ignorantes confidentiam ab alio commiſſam, in quo omnes Doctores cõcordare aſſerit Pariſ. in d. tract. quæſt. 21. num. 43. quod declara ex dictis ſupra in ſecundo intellectu primæ limitationis ad primam pęnam. Secundo limita, vt neque irregularitatem incurrant ſi ante abſolutionem ab excommunicatione a Summo Pontifice obtentam ignoranter celebrarent, quia ignorantia ac bona fide attenta ab irregularitate excuſarentur, cum ſine dolo non contrahatur ex allegat. in proprijs terminis per Nauar. in conſ. 18. numer. 5. de Simon. in antiq. Sed extra caſum violatæ cenſuræ dubium verſatur in eo, an reſpectu ipſius

ſius

ſius criminis ſcilicet confidentiæ in beneficio commiſſæ efficiatur quis irregularis, & quidem quod Simoniacus in beneficio ſit irregularis probat Lambert. de iure patron. par. 1. lib. 2. quæſt. 9. art. 10. Maiol. de irregular. lib. 5. cap. 45. ſub nu. 1. & firmat Achil. de Graſ. deciſ. 2. ſub titul. de Simon. Veruntamen Nauar. in conſ. 34. & ſeq. eod. tit. in antiq. ſentire videtur, quod non ſolum iure antiquo attento, ſed etiam nouo extrauag. Pij V. incip. Cum primum, ob crimen Simoniæ in beneficio commiſſum ipſo iure in foro conſcientiæ quis irregularitatis, & inhabilitatis pœnas non contrahat ante ſententiam condemnatoriam, & Henriquez loco ſuperius cit. aſſerit Simoniacum etiam publicum in beneficio non fieri irregularem, quia nullo iure exprimitur, nec ſit crimen depoſitione dignum, in terminis vero huius Conſtitutionis Pij V. Pariſ. in præalleg. tract. q. 61 num. 9. affirmatiuam opinionem veriſſimam, ac in iudicando, & conſulendo tenendam exiſtimat ponderando inter alia ipſam in eo, quod cōfidentiarios beneficiis obtentis priuet, & ad futura inhabiles reddat, ex quo, inquit, ſatis videri conſtare de irregularitate, quæ inter præcipuos effectus hunc inducit, vt irregulari non poſſint beneficia conferri. Dict. in cum noſtris, de conceſ. præb. Cardin. Pariſ. in conſ. 136. nume. 40. vol. 4. alijque citati per *Didac.* Couar. in præd. §. 8. ſub nume. 6.

Pauli IV. Conſtitutio publicata Romæ die 27. Nouembris 1557. contra eos, qui pro obtinendis beneficijs ſeipſos pro alijs in examine ſupponunt, vel annuas penſiones offerunt, aut beneficia impetrant pro alijs, vt ab eis aliquid conſequātur, vel pro ſeipſis, vt alijs poſtea cum penſione reſignent f. 6014. in Bullar. incip. Inter ceteras curas, & infra.

Nos præmiſſis fraudibus, & dolis, ac hæreſi Simoniacæ quantum cum Deo poſſumus efficaciter occurrere volentes, Apoſtolica auctoritate, tenore præſentium ſtatuimus, & ordinamus, atque decernimus, quod de cetero omnes, & ſinguli, qui poſt publicationem præſentium in locis infra ſcriptis faciendam occaſione beneficiorum obtinendorum ſe alios eſſe ſimulauerint, & tanquam tales ſe in examine ſuppoſuerint aut beneficia pro perſonis id ignorantibus, ſeu pro ſe, vel pro alijs cum oblatione alicuius penſionis annuæ, aut pro alijs cum ſpe penſionem annuam, aut aliud quantumuis modicum temporale commodum ab eis conſequendi, vel pro ſeipſis principaliter, animo, & intentione ea poſtmodū in fauorem aliorum, etiam quantumuis idoneorum, & benemeritorum, cum ſimili penſione, aut commodo, aut etiam ſine eo reſignandi obtinere procurauerint, cuiuſcūque ſtatus, gradus, ordinis, & conditionis exiſtant, etiam ſi Epiſcopali, aut alia maiori dignitate Eccleſiaſtica, vel Cardinalatus honore ſeu mundana, etiam Regia, Ducali, aut Marchionali præeminentia præfulgeant, excommunicationis, & anathematis, ac maledictionis æternæ ſententiam, a qua niſi a nobis, aut Romano Pontifice pro tempore exiſtente, prẹterquam in mortis articulo conſtituti abſolui nequeant, nec non priuationis omniū, & ſingulorum beneficiorum Eccleſiaſticorum cum cura, & ſine cura, ſæcularium, & quorumuis ordinum regularium per eos in titulum, vel commendam, aut allias quomodolibet obtentorum, & inhabilitatis ad illa, & alia in poſterum obtinenda pœnam eo ipſo abſque alia deſuper facienda declaratione incurrant, ita vt conſtito ſolum ſummarie, & extraiudicaliter, quod ipſi contra tenorem præſentium aliquid fecerint, per Curiæ cauſarum Cameræ Apoſtolicæ generalem Auditorem, ſeu Viceauditorem vel eius Locumtenentem pro talibus, & vt tales publicari poſſint, & nihilominus ſic, vt præfertur, obtentæ prouiſiones, & commendæ, aliæq; diſpoſi

tiones

tiones nullæ ſint, irritæ & inanes, nullumque alicui ius in ipſis beneficiis, vel ad il-
la tribuant, nec aliquis earum vigore fructus ſuos faciat, ſed ad eorum reſtitutio-
nem teneantur, poſſintque beneficia, tum ſic impetrata, quam per eos antea ob-
tenta, tanquam modo præmiſſo vacantia a nobis, & Rom. Pontifice pro tempo-
re exiſtente duntaxat libere impetrari volumuſque ſtatutum, ordinationem,
& decretum noſtrum huiuſmodi, etiam quo ad Monaſteria monialium, & alia
beneficia per moniales, aut alias mulieres obtineri ſolita locum habere. Non ob-
ſtantibus.

## *S O D O M I A.*

PRÆTER Summiſtas ſciendum eſt, qualiter contra clericos nefandi crimi-
nis reos vltra diſpoſita in Concil. Lateranenſi ſub Alex. 3. relato in c. clerici
de exceſſi prælat. pænæ fuerunt aggrauatæ per duas Conſtitutiones Pii V. qua-
rum prima eſt ſub Datum Romæ kal. Aprilis 1566. in Bullario fol. 924. incip.
cum primum.

§. Si quis crimen nefandum contra naturam, propter quod ira Dei venit in fi-
lios diffidentiæ, perpetrauerit, curiæ ſæculari puniẽdus tradatur, & ſi clericus fue-
rit omnibus ordinibus degradatus ſimili pœnę ſubiiciatur.

Altera vero conſtitutio de priuatione clericorum propter incontinentiam, &
eorum traditione brachio ſęculari, eſt eiuſdem Pii V. publicata Romę die tertio
Septembris 1568. fol. 1028. in Bullario incip.

Horrendum illud ſcelus, quo pollutæ fœdatęque ciuitates tremendo Dei iudi-
cio conflagrarunt, acerbiſſimum nobis dolorem intulit, grauiterque animum no-
ſtrum commouet, vt ad illud quantum poteſt comprimendum, ſtudia noſtra cõ-
feramus. Sanę Lateranenſi Concilio dignoſcitur conſtitutum, vt quicunque Cle- *c. cleri*
rici, illa incontinentia, quæ contra naturam eſt, propter quam ira Dei venit in fi- *ci de*
lios diffidentiæ, deprehenſi fuerint laboſe, a Clero deijciantur, vel ad agendam *exceſ.*
in Monaſterijs pęnitentiam detrudantur. Verum ne tanti flagitij contagium, im- *præla.*
punitatis ſpe, quæ maxima peccandi illecebra eſt, fidentius inualeſcat, Clericos *& ſub*
huius nefarij criminis reos, grauius vlciſcendos deliberauimus, vt qui animæ in- *dito.*
teritum non horreſcunt, hos certe deterreat ciuilium legum vindex gladius ſæcu-
laris. Itaque quod nos iam in ipſo Pontificatus noſtri principio, hac de re decre-
uimus, plenius nunc, fortiuſque perſequi intendentes, omnes, & quoſcunque
Presbyteros, & alios Clericos ſæculares, & regulares, cuiuſcunque gradus, & di-
gnitatis, tam dirum nefas exercentes, omni priuilegio clericali, omnique officio,
dignitate, & beneficio eccleſiaſtico præſenti Canonis auctoritate priuamus, Ita
quod per Iudicem Eccleſiaſticum degradati, poteſtati ſtatim ſæculari tradantur,
qui de eis illud idem capiat ſupplicium, quod in laico hoc in exitio deuolutos, le-
gitimis reperitur ſanctionibus conſtitutum. Nulli ergo, &c.

*ADDITIO Præſentis conſtitutionis diſpoſitionem, & pœnas ampliamus* *Ampl.*
*non ſolum in clerico Sodomita maſculorum concubitore, ſed & in eo qui feminam* 1.
*præpoſtera venere cognouerit, cum in hoc caſu Sodomia proprie committi dicatur,*
*ſicuti præ aliis voluerunt Afflict in conſtitut regni, legum aſperitate lib 3. rubr.*
*42. num. 13. Iul Clar qui de comm. opinione atteſtatur libr. 3. recep. ſent. §. Sodo-*
*mia num. 2 eamque ſequutus eſt Menoch de arb Iud lib 2 caſu 86 num. 5. & in*
*addit. ad eundem caſum num. 40. Couar in epitome de ſponſal & matrim par. 2 §.* 2.
*5. num. 7. & Sayrum lib. 7. theſaur conſcien. c. 12. ſub num. 21. Secundo ampliamus*

in

*in Clerico, qui vitium beſtialitatis commiſerit cum brutis luxuriæ cauſa turpiter ſe commiſcendo, vt in ſpecie notat Rodriq. in ſum par 1. c. 209. ſub num. 2 ratione de qua ibi per eum, vide Rolan conſ 7 vol. 1.*

*Illam vero in pluribus limitamus, & primo in Clerico Sodomita occulto quo ad ſuſpenſionem ipſo iure in foro conſcientiæ ab ordinum executione & per conſequēs quo ad irregularitatem ſi in illis miniſtraret, & quamuis in contrarium ſe habeāt quamplurimorum Doctorum auctoritates, etiam poſt peractam pænitentiam ante diſpenſationem, prout eſt videre apud Lambert. de iure patron par. 1 lib 2 quæſt 9. art 18. Couar. in Clem ſi furioſus par 1. §. 1 num 6 de homicid. & huic opinioni adſtipulatur Lopez ad Diaz cap 86. & ita propter criminis grauitatem practicandū eſſe inquit Foller in pract. crim can in Miſcellan cap 37. num. 11 Oppoſitum tamen ex pluribus defendit, ac demoſtrat Nauar in man cap. 27 num 249. & latius in comment de neceſ defend prox num. 37 Vgolin in tract de irregular cap 43 §. 3. num 4 idque etiam ſtante præfato Pij V motu; Henriq in ſum libr. 13. de excōm. cap. 26 in fine in gl lit. & clarius lib. 14 de irregular c 5 ſub §. 1. concurrit Rodriq. in prealleg c. 209 concluſ 1 ſecus vero in notorio, & publico ex præd doct. quo caſu vt aduertit Tolet. in ſum lib 1 cap 74. huiuſmodi irregularitas non dicitur prouenire ex delicto ſed ex infamia & ſcandalo, quæ ex delicti notorietate oriuntur; minuſque dicendum eſt irregularitatem per laicos contrahi, de quibus hæc extrauag. non loquitur ex eiſdem Nauar. Toleto & Vgolino Secundo limita procedere tantum in clerico habente copulam Sodomiticā, quæ non alias conſummari dicitur, niſi intra vas contra naturam ſemen effunderetur arg tex in c. fin de Spōſ. & ita declarat Nau. vbi ſupra, quem ſequitur Lopez & Roderiq tam in ſum quā in tom 1. q regul q 30 art 18. & tom 2 q 27 art 2 Vgolin loco prox cit. ſecus autem ſi extraordinariam pollutionem cum puero haberet quamuis inter actus Sodomiticos cōputetur. Tertio conſequenter limita in Clerico, qui attentauerit hoc ſcelus perpetrare ex allegatis per Menoch. l. 2. de arb. iud in addit. ad caſ. 280. nume. 37 etiam ſi ad actum proximum deueniſſet, non tamen delictum perfeciſſet. Unde ſciendum, quod dicitur attentari pueri pudicitia cum id agitur vt ex pudico impudicus fiat c. ſi quis tam feminam, de pænit diſt 1. idque verificari, & exiſtere poteſt duob modis & primo quando proceſſum eſſet ad aliquem actum de per ſe ordinatum de præſenti ad ipſum factum ſceleſtiſſimum, veluti ad leuandum veſtes, & alia præparatoria, de quibus per Cardin. Pariſ in conſ 163. vol 4. Secundo modo quando peruentū eſſet ad actum magis proximum, & immediatum, qui tunc talis diceretur, quo ſuppoſito de facili ipſius facti continuatio ſequeretur ex dictis per Boer. deciſ. 316. & ſicut neutro modo clericus pœnis per hanc conſtitutionem pro hoc crimine impoſitis puniendus veniret, niſi tale delictum perfeciſſet, & omnino conſummaſſet, idque probatur ex eo, quia hodie de generali conſuetudine totius Italiæ, imo totius mundi, (per quam iuri communi abrogatum eſſe cenſetur) introductū eſt, vt etiam in atrociſſimis & grauiſſimis attentatū pro conſummato non puniatur, nec conatus ſeu affectus non ſequuto effectu etiam ſi ad actum proximum deuentum eſſet, ita vt licet puniatur eadem lege, non tamen eadem pœna ab ipſa lege determinata ſed minus ſeu mitius, & extraordinarie, de qua conſuetudine præter alios, quos recenſere poſſem, atteſtantur Afflict. in conſt. regni, aſperitatem. par. 2. rubr. 11. num. 2 Gram deciſ 2 num 8 & infra, & deciſ 74. num 4. & 30. idem Gram. in voto 19 num 4 & voto 20 nume 8. Iul. Clar. in pract. crim quæſt. 92 ſub num. 2 tutius hoc eſſe exiſtimans & nouiſſime Proſper Farinac qui alios Doctores plena manu congerit, in ſua pract crim tit. de delict. & pœn. quæſt. 7.*

*num.*

*num. 49. Ego autem perpenſa huius criminis deteſtatione, & grauitate, & cum ſit res pernicioſi exempli arbitrarer (meliori iudicio ſemper ſaluo) quod vbi clericus conatus fuerit hoc ſcelus committere & ad aliquem actum admodum proximum ſeu directum in ſceleris conſummationẽ perueniſſet, deinde propria pœnitentia ductus ſua ſponte & a nemine impeditus a crimine ceſſauerit incepto, ex doctrina Couar. loco infra citando debere prædictas pœnas in alias mitiores commutari arg. tex. in l. qui falſam ff de falſ. & gloſſæ in l. qui ea mente ff. de furt. vbi vero per ipſum minime ſtetiſſet omnem conatum adhibendo ad actus perfectionem ſed aliquo exteriori impedimento fuerit impeditus quominus crimen perageret exequeretur, & in totum conſummaſſet, veluti quia detectus fuiſſet ob aliorum ſuperuenientiam, vt in hoc caſu veniat puniendus pœnis in d. conſtitutione contentis, & expreſſis Et ad ita decidendum mouent me ſcripta per Felin in tract quando conatus puniatur & in c. 2 de præſumpt & præciſe tradita per Couar in Clem ſi furioſus. par. 2. in initio nu 6 & infra ita in ſpecie admonet me Menoch lib 2 de arbitr. iud caſu 360. num. 60. & Rodriq in d c. 109 aſſerens in Regnis Hiſpaniæ comburi eos, qui hoc peccatum committere conantur & procurant, quamuis impediti copulam non conſummaſſent Quarto limito vt huius extrauag. pœnæ ſaltem quo ad forum conſcientiæ procedant in clerico qui ex iteratis actibus vitium hoc frequentaret, adeo vt ex vſu quaſi cõtinuato id exerceat, ac boni viri arbitrio illius exercitor dici poſſit, ex alleg. per Nauar d c. 27. nu 250 non autem in eo qui aliquoties cadit & cecidiſſet pœnitet, ideoque minus recte ſenſiſſe exiſtimo Ignat. Lopez loco præalleg. qui vnicum lapſum ſufficere prætendit Nauarri opinionẽ impugnando & reprobando de quo etiam miratur Rodriq in locis citatis eo quod ob quoddam leue & fragile argumentum, cui ipſe reſpondet, & ego ne inutiliter membranas occupem referre omitto a tam pia, & tanti viri opinione recedat Gregor XIII. auctoritate confirmata. Sed quoniam prædictarum difficilis eſt probatio niſi per confeſſionẽ ipſorum delinquentium, cum huius delicti natura ſit, vt ex communiter accidentib. ſecrete, & occulte committi ſoleat, dubitari poſſet, An & quando dictũ ſolum pueri ſtuprati & Sodomiam paſſi faciat indicium ad torturã contra Stuprantem ſeu agẽtem: Ad cuius dubij reſolutionẽ præ alijs videndi ſunt Ægid. Boſ in tit de indic. & conſid ante tort. Plot in conſ. 123. quod eſt inter conſilia criminalia diuerſorũ, Gram. deciſ 40 nu 16. Card Pariſ conſ 163 volu 4 & nouiſſime ac notab. Proſper Farinac. qui communem Doctorum opinionẽ & praxim inſinuat in pract crim tit. de indic. & tort q. 43. nu 89. & infra. Quinto & denique limito præſentem conſtitutionem quo ad pœnas in ea contentas ipſo facto incurrendas quantum ad forum interius, quia clericus tali vitio irretitus non tenetur ſtatim cõmiſſa culpa dimittere beneficia officia, & dignitates Eccleſiaſticas, abſq; eo quod præcedat iudicis ſententia, non enim tenetur eſſe executor dictarum pœnarum contra ſe ipſum, ex com. & frequentiori ſententia vt per Symanc. de cathol inſtit c. 9. nu. 209 Nauar in comment de dat. & promiſ notab 31. nu 42 in fine, Molina in tract de iuſt d ſpu. 96 late Gutier lib 1. can q c. 1. ſub nu. 12 concludens, quod ſententia tenentiũ contrarium eſt a cõmuni Schola Theolog & canoniſtarum exploſa, quod ſ. vtrum legum pœnalium tranſgreſſores ante latam ſententiam pœnas ipſas ſubire teneantur, examinat etiam Rodericus tom 1 q. regular. q 6. ar. 10 & latiſſime Alex Moneta in tract de diſtributioni. quotidia par. 3. q. 7 quinimo quod d extrauagans tantũ reſpiciat forũ exterius, & quo ad forũ conſcientiæ in praxi recepta non ſit, innuit Henriq. & Tolet. locis ſuperius cit & ex pluribus demonſtrare nititur Graſ par. 1 li 2. deciſ aurear. c. 90 nu 5. & infra & ita refert Vgolin in tract de irregular. cap. 43. §. 2.*

*§. 2. ſub nu 4. in fine teſtatum fuiſſe quendam ex Societate Ieſu Illuſtr. Card. Sabellium Rom. Pont. Vicarium, cum de hac re Romæ contentio eſſet, conſuetũ reſpondiſſe, hancque ſententiam probaſſe vnum ex pænitentiarijs S. Petri de Vrbe, quã, & ipſe ſequitur.*

*Hinc deducitur, & primo: quod cum pœna priuationis beneficiorum, & c. ſit ipſo iure ab hac extrauag. impoſita propter illa verba ſ (præſentis canonis auctoritate priuamus) quæ cum ſint præſentis temporis inducũt pœnã ipſo iure ex allegatis per Nauar. in man. c. 279. ſub nu. 24. non erit neceſſaria ſententia priuatoria, & ſic vt feratur ſuper pœnã, quæ longe diſtat a declaratoria, in qua per ſimplicẽ criminis declarationẽ venit ipſo iure priuatio Sot. lib. 1. de iuſt. & iur. q. 6. ar 6. concl. 3. Rota diuerſ decis 728. par 3. ſub num. 2. ſed requiritur declaratoria tantum ad factum, non autem ad ius. Achilles de Graſ decis vnic. num. 5. ſub tit. de pœnis, & alibi diximus alios citantes. Deducitur ſecũdo quod quis poſſet facere ſibi prouidere de beneficiis, illaque acceptare etiam ante d ſententiam ex com opinione vt inquit Mãdoſ. qui quamplurimos Scribentes in hoc cõuenientes, cumulat, in addit. ad Lap. alleg. 16. lit. Ad idem Achil. de Graſ. in eadẽ decis. nu. 2. ipſe vero clericus de hoc crimine infamatus remanet in poſſeſſione: a qua inauditus amoueri nõ poteſt ex veriori, & com ſententia vt teſtatur Hoieda de benef incompat. par. 2. c. 4. ſub nu 9. vel antequã ſententia declaratoria promulgetur: imo neq poſt datam ſententiã, niſi ipſe reus d poſſeſſione expolietur. Henriq. optime lib. 13. de excom. c. 56 in fine §. 3. vide Supra in verbo alienatio, nu. 49 & in verbo beneficiorum reſignatio.*

## *SPOLIA CLERICORVM.*

*Congruit tit. de peculio Clericorum.*

PRÆTER Summiſtas ſciendum eſt, quod in hac materia ſunt aliquę Summorum Pontificum Conſtitutiones, quarum prima eſt. Pauli III. Declaratio, & Conſtitutio ſuper Spolijs ad Cameram Apoſtolicam ſpectantibus ab antiquiſſimo tempore, citra fol. 240. in Bullario incip. Romani.

*Iulij 3.* Declaratio quod fructus beneficiorum, tempore obitus beneficiatorum inexacti debeantur ſucceſſoribus in beneficijs, & non hæredibus dictorum beneficiatorum, &c. Incip. cum ſicut nobis nuper. folio 504.

*Eiuſdẽ.* Declaratio regulæ, ſiue conſtitutionis perpetuæ nuper publicatæ ſuper fructibus beneficiorum tempore obitus beneficiatorum inexactis fol. 505.

Quod conſtitutio perpetua ſuper fructibus beneficiatorum inexactis edita, locum non habeat in locis in quibus collectores Cameræ Apoſtolicæ eſſe conſueuerunt fol. 506. & ſic limitatur diſpoſitio cap. fin. de off. ord. in 6. & c. quia ſæpe. de electio. in 6. & Clem. ſtatutum eo. tit. & c. cum vos, de offi ord. quia non reſeruantur vacantibus Eccleſijs eorum ſucceſſoribus. Aduerte tamen, quod extat Breue ſuper fructibus pendentibus, & maturatis, & a ſolo minime ſeparatis, ſeu non dum exactis vſque ad diem apprehenſionis poſſeſſionis per beneficiatum ſpectantibus ad Cameram Apoſtolicam Sixtus Papa V. ad perpetuam rei memoriam.

*Sixti. V.* Cum ſicut accepimus, variæ dubitationes, ac etiam contentiones inter modernum, & pro tempore exiſtentem noſtrum, & Sedis Apoſtolicæ Nuncium in Regno Neapolitano ex vna, & clerum ſingularum ciuitatum, & diœceſum eiuſdem Regni, qui ſuper ſpolijs clericorum, & presbyterorum beneficiatorum, ac aliorum dicti Regni ab humanis pro tempore decedentium cum nobis, & Camera noſtra Apoſtolica tranſegerunt, & concordarunt, eorumque hæredes

præ-

prætendentes fructus beneficiorum Eccleſiaſticorum, clericorum, & presbyterorum dicti Regni ab humanis pro tempore eorum obitus pendentes, & maturatos, ac etiam a ſolo minime ſeparatos, ſeu a quibus id contingit nondum exactos ad clerum, ſeu Capitulum, vel hæredes beneficiatorum huiuſmodi, non autem Camerā prædictam ſpectare, quamuis in ſchedulis tranſactionum ſuper ſpoliis huiuſmodi mentis, intentioniſque noſtræ fuerit eoſdem fructus pendentes quorumcunque benef. Eccleſiaſt. in quouis menſe, pro tempore vacantium, etiam iuxta felicis recordationis Iulii Papæ III. prædeceſſoris noſtri conſtitutionem deſuper editam, eidem Cameræ noſtræ reſeruare, eoſque a die obitus beneficiatorū vſque ad diem captæ poſſeſſionis per illorum ſucceſſores in dictis beneficijs decurrendos, eidem Cameræ applicare, indies oriri ſoleant. Nos igitur pro noſtri Paſtoralis Officii munere dubitationes, & contentiones, ſeu controuerſias, huiuſmodi e medio tollere volentes, motu proprio, & ex certa noſtra ſcientia omnes, & ſingulos fructus, redditus, & prouentus quorumcunque beneficiorum Eccleſiaſt. cum cura, & ſine cura ſęcularium, & etiam quorumuis ordinum regularium in dicto Regno conſiſtentium, etiam in quocunque menſe pro tempore vacantiū, tam ante obitum illorum poſſeſſorum pendentes, & maturatos, ac etiam a ſolo minime ſeparatos, ſeu nondum exactos, quam etiam poſt eorum obitum vſque ad diem adeptę poſſeſſionis dictorum beneficiorum per ſucceſſores in eis maturandos, & ſeu decurrendos, pro rata temporis a die adeptæ poſſeſſionis eorundem beneficiorum ad ipſam Cameram noſtram ſpectare, illoſque eidem Cameræ applicandos eſſe, & illos per venerabilem fratrem Marcum Antonium Epiſcopum Fulginatenſem modernum, & pro tempore exiſtente Nuncium Apoſtolicum in Regno prædicto pro eadem Camera, & eius nomine percipi, exigi, & leuari, ac etiam pro faciliori illorum exactione ſi videbitur in fine anni cum ſucceſſoribus in dictis beneficiis computandi, diuidi, & illorum ſic diuerſorum, quemlibet eorundem Nuncij ſeu ab eo deputatorum Commiſſariorum in dictis beneficijs ſucceſſorum ratas partes modo, & forma præmiſſis in dictis beneficijs reſpectiue tangentes, etiam percipere, exigere, & leuare poſſe, & debere declaramus, ac de cetero perpetuis futuris temporibus ita, & non aliter in præmiſſis obſeruari volumus, ac etiam perpetuo ſtatuimus, & ordinamus, omneſque & ſingulas lites, cauſas, quæſtiones & controuerſias ſuper præmiſſis fructibus, & illorum perceptione inter ipſum Nuncium ex vna, & quouis Clericos hæredes, & ſucceſſores dictorum beneficiatorum defunctorum coram quibuſuis iudicibus, etiam ordinariis, & delegatis hactenus quomodolibet introductas, & adhuc indeciſas pendentes partibus, ex altera in eiſdem ſtatu, & terminis in quibus reperiuntur, ab eiſdem Iudicibus ad nos aduocamus, illaſque penitus extinguimus, & annullamus, ſicque per quoſcunque iudices, &c. Non obſtantibus litis pendentia, & aliis præmiſſis, ac quatenus opus ſit noſtra de non tollēdo iure quæſito, & quibuſuis aliis Conſtitutionibus & ordinationib. Apoſtolicis, ceteriſque contrariis quibuſcunque; Volumus autem, &c. Dat. Romæ apud S. Petrum ſub Annulo Piſcatoris die 1 Iun. 1589. Pont. noſtri anno 4.

Applicatio R. Cam. Apoſtolicæ fructuum beneficiorum in Regno Neap. Sedi *Pij 4.*
Apoſtolicæ reſeruatorum a die vacationis vſque ad diem, quo prouiſi a Rom. Pōtifice poſſeſſionem capient de manu Nuncii Apoſtolici eodem Regno fol. 991. incip. Cupientes &c. *Eiuſdē.*

Reſeruatio, & applicatio ad R. Cameram Apoſtolicam fructuum omnium beneficiorum Sedi Apoſtolicæ reſeruatorum, ſeu affectorum pro tempore vacan

*Eiuſdē.* tium fol. 700. incip. Cupientes malitiis &c.

Quod clericorum bona ex illicita negotiatione acquiſita ſub ſpoliorum nomine veniant. fol. 685. incip. Decens &c.

*Eiuſdē.* Declaratio literarum ſuper bonis ex illita negotiatione acquiſitis editarum, fol. 695. incip Romanos &c.

Et ad maiorem declaretionem. Per procedere ſopra l'illecita negotiatione nel Regno di Napoli, non obſtante le compoſitioni, fatte, etiam, che non ſia comminciata la lite, in vita del negotiante, extant literæ Sixti Quinti tenoris ſequentis.

*Sixti V.*

MONSIGNOR Glorierio Chierico della noſtra Camera Apoſtolica, & noſtro Nuntio nel Regno di Napoli. Eſſendoſi di noſtro ordine fatte molte compoſitioni di Spogli con diuerſi Capitoli, & Cleri, & altri particolari di detto Regno, come per inſtromēti ſopra ciò in piena Camera Apoſtolica ſtipulati appare, & in eſſi ſi ſia conuenuto, che per cauſa della illecita negotiatione fata da Preti, ò Clerici, nō ſi poſſa procedere dopò la morte di eſſi, nō eſſēdoſi cominciato il giuditio in vita loro; Et intēdēdo, che da queſto, loco ſi fanno più arditi a cōtrauenire alli Sacri Canoni, & Cōſtitutioni Apoſtoliche, quali cō tāto rigore phibiſcono tali illecite negotiationi, & che di qua loro pigliano occaſione di peccare licentioſamente, Percio volendo noi in queſto prouedere alla ſalute dell'anime loro, che è il noſtro principale intento. Per la preſente Apoſtolica autoritate, & di certa noſtra ſcientia, & Motu proprio dechiaramo, che quando coſterà ò in vita, ò dopoi morte loro, trouādoſi in eſſer la mercantia, ò prouandoſi di voce, & fama publica, ò per proue euidenti, & preſenti, & non mendicate che loro habbiano negotiato illecitamente, detto patto, ò conuentione poſto in detti inſtromenti di cōpoſitioni non obſti, anzi ordiniamo, & comandiamo tanto à voi, quanto all'altri Nuntij Apoſtolici, che pro tempore ſaranno in detto Regno, che conforme a q̄ſta noſtra intentione, debbiano nelli caſi predetti procedere, & giudicare, leuando, & a uoi, & ad eſſi, & à qualunque altra perſona qualſiuoglia autorità, & facoltà di giudicare altrimente. Et tanto eſſeguirete che tale è mente, & intentione noſtra, non obſtāte le dette compoſitioni, & inſtrumenti ſopra eſſe, etiam di ordine noſtro ſtipulate, e le regole di Cancellaria de non tollendo iure quæſito, & qual ſi voglia altra coſa, che faceſſe in contrario, alle quali, anchorche, di eſſe biſognaſſe farne qui eſpreſſa mentione, hauendole noi per inſerte, & ſufficienter eſpreſſe, per queſta volta ſola in quanto alle coſe predette deroghiamo. Dal noſtro Palazzo Apoſtolico il dì 16. d'Aprile M.D.XC.

Sixtus Papa Quintus.

*ADDITIO. Quæ huc pertineret examinare Clericos negotiatores, & alienæ rei conductores tangentia pro Spolijs Cameræ Apoſtolicæ faciendis, ne his idē repetam: deſeruient dicenda infra in addit. ad Verbum Vectigal & vide Nauar. conſ. 10. de teſtamen. in antiq.*

Declaratio applicationis fructuum omnium beneficiorum reſeruatorū in Regno Neap. pro tempore vacantium a die vacationis vſque ad diem, quo prouiſi poſſeſſionem cæperint de Manu Nuntij folio 1008. in Bull. incip. Cupientes, &c. & vide ſupra in verbo beneficiorum poſſeſſio.

cla-

Declaratio circa bona, quæ non veniunt ſub nomine Spoliorum Romæ publicata die 28. Septembris 1567. fol. 995. in Bullar. incip. Romani Pontificis prouidentia ciſcumſpecta ad ea ſolicitudinis ſuæ partes potiſſimum conuertit, per quę ſingulis Eccleſijs debita obſequia, & opportuna ſubuentionis auxilia minime ſubtrahantur. Cum itaque ſicut accepimus, nonnulli Patriarchę, Archiepiſcopi, Epiſcopis, & Abbates, ſeu Cõmendatarij, ac alii beneficia Eccleſiaſtica obtinẽtes, proprii honoris, & ſalutis immemores, etiam prætextu facultatum teſtandi eis per Sedem Apoſtolicam conceſſarum, in eorum vltimis voluntatibus, res Sacras, ac vaſa, ornamenta, & paramenta Eccleſiaſtica, aliaque cultui diuino dicata quandoque ex fructibus Eccleſiaſticis per eos acquiſita, non Eccleſiis, & Monaſteriis, ac beneficiis, quibus præfuerunt ſeu a quibus prouentus Eccleſiaſticos, & ſtipendia acceperunt, prout rationi, & honeſtati conſentaneum foret, ſed aliis locis, etiã aliquando non piis ac interdum eorum ſanguineis, & affinibus relinquere, ac Cameræ Apoſtolicæ Collectores prætextu quod illa ſub appellatione Spoliorum veniant, tanquam eiuſdem Cameræ Spolia exigere, & percipere non erubeſcant in maximum Religionis dedecus, ac eccleſiarum, Monaſteriorum, & beneficiorum eorundem detrimentum, ac relinquentium animarum periculum ſcandalumque plurimorum. Nos abuſibus, ſcandaliſque huiuſmodi prouidere, ac ſingularũ Eccleſiarum, & Monaſteriorum, ac beneficiorum indemnitati, animarumq; quorumlibet ſaluti conſulere volentes Motu proprio, & ex certa ſcientia, ac de Apoſticę poteſtatis plenitudine, ac noſtra perpetuo valitura conſtitutione, ſtatuimus, ordinamus decernimus, & declaramus quod de cetero omnia, & ſingula ornamenamenta, & paramenta, ac vaſa, nec non Miſſalia, & gradualia ac cantus firmi, & muſicæ, aliiſque quomodolibet nuncupati libri, & aliæ res Sacræ, etiam auri, & argenti, ac quæcunque alia bona per quoſcunque Patriarchas Archiep. Epiſcopos, Abbates ſeu Commendatarios, & alioſcunque quecumque, qualiacunque beneficia Eccleſiaſtica, cum cura, & ſine cura ſæcularia, & quorumuis ordinum regularia in titulum, vel Commendã, aut alias quomodolibet obtinentes quocunque nomine, vel titulo cenſeantur, etiam ſi de illis, & eorum qualitatibus ſpecialis, & expreſſa mentio habenda foret, ad vſum, & cultum diuinum, etiam in eorum priuatis ædibus, & Cappellis, vel Oratorijs deſtinata tempore eorũ obitus ex teſtamento, vel inteſtato relicta ſub quibuſuis facultatibus teſtandi, & alias diſponendi, de bonis per eos altari, vel alias quomodolibet acquiſitis per quoſcunque Rom. Pont. prædeceſſores, & ſucceſſores noſtros, ac nos ſub quibuſuis tenoribus, & formis, ac cum quibuſuis clauſulis, & decretis, etiam motu proprio aut alias quomodolibet conceſſis, & concedendis minime cõprehendantur. Nec ſub appellatione Spol. veniant, ſed ad ſingulas Eccleſias, Monaſt. etiam Conuentu carentia, & beneficia huiuſmodi in quibus reſederint, aut quibus præfuerint, ſeu quæ alias obtinuerint omnino ſpectent, & pertineant, ac ſpectare, & pertinere, illaque poſt eorum obitum eiſdem Eccleſijs, Monaſterijs, & beneficijs, etiam ſi in Romana Curia, & procul ab illis deceſſerint, vel ad illa nunquam acceſſerint, etiam ſi antea Eccleſiarum, & Monaſteriorum regimini ceſſerint, vel beneficia huiuſmodi renunciauerint, eo ipſo applicata, & incorporata ſint, & eſſe cenſeantur. Ita quod liceat illis defunctis, in eiſdem Eccleſiis, Monaſteriis, & beneficis ſucceſſoribus, ac Eccleſiarum, & Monaſteriorum, huiuſmodi capitulis, & Conuentibus, reſpectiue illa propria authoritate, libere apprehendere, ac eorum Eccleſiis, & Sacriſtiis applicare, & incorporare, ac quæcunque donationes, ac relicta, & legata teſtamenta, & codicilli, & aliæ

vltimæ volũtates, ſeu ſpolia deſuper contra præſentis Conſtitutionis noſtræ tẽ-
norẽquomodolibet pro tempore factę,quo ad præmiſſa nulla, & inualida nul-
liuſque roboris, & momenti exiſtant, & perſonis, etiam Eccleſiaſticis,ſeu locis
etiam pijs,aut Eccleſiaſticis alijs quibuſcumque, in quarum, ſeu quorum fauo-
rem pro tempore facta fuerint,minime ſuffragentur,nec per ea eiſdem perſonis,
ſeu locis, vel alijs eccleſijs huiuſmodi aliquod [illegible] in rebus prædictis, uel ad illas
acquiri poſſit. Quinimmo res ſacras,ac alia bona prædicta, quocunque nomine,
vel titulo pro tempore detinentes ad illa Eccleſijs, & Monaſterijs, ac beneficiis
per defunctos quomodolibet acquiſitis, vt præfertur iuxta præſentium tenorem
realiter,& cum effectu reſtituẽdum,& cŏtignandum, quibuſuis diſpoſitionib.
de illis in contrarium quomodolibet factis minime attentis,omnino teneantur,
& ad id per cenſuras,& pœnas,etiam furti,& ſacrilegii,ac alia iuris, & facti reme
dia opportuna cogi,& compelli poſſint,& debeant.Inſuper ne deinceps contin-
gat inſolentia Spoliorum Cameræ Apoſtolicæ Collectorum, vel ſubcollectorum
aliquas Eccleſias,nec hominum quemquam,damno,& iniuria affici, nec cuiquã
de cetero vertatur in dubium, quæ res habendę ſint nomine ſpolii, ſimili,modo
ſtatuimus,decernimus,& declaramus,quod quæcumque ſcamna, Cathedræ, ar-
cæ,& etiam ligneæ,vel lapideæ etiam marmoreæ Menſæ,& Tabulæ,ac quæcum-
que dolia,ſeu vaſa vinaria,& alia ſimilia ſupellectilia domeſtica per quoſuis preſ
byteros, ſeu clericos ab humanis pro tempore decedentes tempore eorum obitus
in Eccleſiis,ſeu eorum Domibus Eccleſiarum earundem vel alibi vbiuis locorum
relicta,etiam ſi ex fructibus,& prouentibus beneficiorum,quæ dum viuerent ob
tinebant acquiſita fuerint ſub ſpoliorum appellatione minime veniant, nec pro
ſpoliis vllo modo reputari poſſint,præterea quod nullum ſpolium Cameræ præ-
fatæ,fieri, nec quicquam a quibuſuis ſpoliorum Cameræ huiuſmodi Collectori-
bus,vel ſubcollectoribus exigi poſſit per obitum illius qui dum viueret;vnum,vel
plura beneficia Eccleſiaſtica obtinuerit,cuius,vel quorum inſimul fructus, reddi
tus, & prouentus, triginta ducatorum auri de Camera ſecundum communem
æſtimationem valorem annuum non exceſſerint,aut qui penſiones annuas ſu-
per quibuſuis fructibus Eccleſiaſticis vſque ad dictum valorem annuatim perce-
perit,dummodo tamen is ſe ab omni illicita negotiatione, & a ſacris Canonib.
prohibita abſtinuerit. Ita quod ſi quis dictorum Collectorum aliquid ex bonis
quorumuis defunctorum,qui ſimilia beneficia obtinuerit, ſeu ſimiles penſiones
perceperint prætextu ſpoliorum eiuſdem Cameræ percipere,aut alias contra præ
ſentes noſtras literas,attentare præſumpſerit,ad totalem bonorum per eum per-
ceptorum reſtitutionem teneatur,ac ad id via iuris,etiam per ſimiles cenſuras,&
pęnas cogi,& compelli poſſit,& debeat. Diſtrictius inhibentes quibuſuis Came-
rę præfatæ ſpoliorum Collectoribus nunc,& pro tempore exiſtentibus,ne ſub in
dignationis noſtræ,& priuationis eorum officiorum pęna in ornamentis, & pa
ramentis,ac vaſis,& libris præfato cultui diuino dicatis,ac aliis rebus ſacris, nec
non ſupellectilib.præfatis quomodolibet ſe intromittant,nec in eorum inuenta-
riis tanquam ſpolia redigant,ſeu deſcribant ſed ornamẽta,& paramenta,necnõ
vaſa,& libros,aliaq; diuino cultui dicata huiuſmodi eccleſiis, Monaſteriis,Cap-
pellis,& aliis beneficiis huiuſmodi,eorumq; Rectorib.& aliis præfatis libere di-
mittãt,& cõſignent,ac conſignari faciant,cũ effectu. Ac ſupellectilia prædicta
in locis vbi cõſtiterint relinquant. Ac decernentes,ſic in pręmiſſis omnib.& ſin-
gulis p quoſcũq;Iudices,& Cõmiſſarios,quãuis auctoritate fungẽtes ſublata eis,
& eorũ cuilibet quauis aliter iudicãdi,& ĩterpretãdi facultate,et auctoritate iudi
cari,

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

cari,& diffiniri debere;ac irritum,& inane, quicquid ſecus ſuper iis a quoquam, quauis auctoritate ſcienter,vel ignoranter contigerit attentari. Quocirca dilectis filiis Curiæ cauſarum Cameræ Apoſtolicæ generalſ auditori,& ſingulis locorum ordinariis,ac majorem dignitatem,poſt Pontificalem in vniuerſis Eccleſiis Cathedralibus,& Metropolitanis pro tempore obtinentibus per Apoſtolica ſcripta, motu ſimili mandamus,quatenus,ipſi,vel duo aut vnus eorum præſentes literas,& in eis contenta quæcumque vbi,& quando opus fuerit,ac quoties pro parte quorumcumque in præmiſſis intereſſe habentium,vt præfertur fuerint requiſiti ſolenniter publicantes,eiſque in præmiſſis efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes faciant auctoritate noſtra præſentes literas,& in eis contenta quæcumque firmiter obſeruari. Ac ſingulos, quos literæ ipſæ concernunt illis pacifice gaudere, non permittentes eos deſuper quomodolibet indebite moleſtari. Contradictores noſtra appellatione poſtpoſita compeſcando. Non obſtantibus Apoſtolicis, ac in Prouincialibus, & Synodalibus Concilijs editis Generalibus, vel ſpecialibus,Conſtitutionibus,& Ordinationibus,nec non Eccleſiarum,& monaſteriorum huiuſmodi iuramento confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis ſtatutis,& conſuetudinibus, facultatibus teſtandi, aliiſque priuilegijs indultis,& literis Apoſtolicis,quibuſuis conceſſis,approbatis,& innouatis,etiam ſi de illis,eorumque totis tenoribus ſpecialis,& expreſſa mentio facienda eſſet illorum tenores pro ſufficienter expreſſis habentes,illis in reliquis in ſuo robore permanentibus ceteriſque contrarijs quibuſcumque. Volumus autem quod ſi aliquis ex Patriarchis,Epiſcopis, Abbatibus,ſeu Commendatariis & aliis beneficiatis præfatis pluribus Eccleſiis,ſeu Monaſteriis,pro tempore ſimul, vel ſucceſſiue præfuerit,ſeu plura beneficia obtinuerit ornamenta,& paramenta ac res,& bona prædicta ad illa omnia habita ratione fructuum, & temporis, quo eadem beneficia poſſedit omnino pertineant, & proportionabiliter inter ea diuidantur, quodque præſentes literæ in Cancellaria noſtra Apoſtolica,& acie Campi Floræ, de more publicentur,& inter conſtitutiones perpetuo valituras deſcribãtur,&c. Nulli ergo &c. Item quæ ad Cameram Apoſtolicam pertineant, vide in commiſſionibus generalis Theſaurarii præſertim Sixti V. fol. 1367. in Bullar.

*ADDITIO. Hanc Pij V. Extrauag. ad verbum recitat cum annotationib. Nauar. in commentar. de Spol. Cleric. §.8. & ad eius intelligentiam aliqua etiam ſcribit in conſ. 4. de donation. in antiq. (cuius dictis adde, quod hæc conſtitutio eſt iuridice intelligenda ſ deducto prius ære alieno, & debitis quibus alias minime ſatiſfieri poſſet Roderic. in ſum. par. 2 cap. 34. concluſ. 4 & tom. 1 quæſt regular. q. 30. art. 11. ex Ioan. Gutierez lib. 2. pract. quæſt cap. 94. in fine. Et in dubio Bona, quæ Prælatus habet, an cenſentur acquiſita ex redditibus Eccleſiæ & poſt obtentam dignitatem, & an ex propria induſtria, & intuitu perſonæ præter Doct. in c. 3. de pecul. cler. & alios videndi ſunt Andreas Barbat. in tract. de præſt. Card. par. 1 qu. 3. Bertacchin in tract. de Epiſcop. lib. 4 par. 4. num. 9. Didac. Couar. in c. 1. num. 6. & infra de teſtam. Iul. Clar. lib. 3. receptar ſentent. quæſt. 27. num. 1 Maſcard. in tract. de probat. concluſ. 202. Menoch. in tract. de præſumpt. lib. 3. præſ. 53. & Molin. in tract. de iuſt. & iu. diſp. 141. in fine, Vbi enim conſtaret de paupertate Eccleſiæ & de bonis ac diuitijs proprijs Epiſcopi prædefuncti, ſemper bona cquæ reperta fuerũt, non habentia ſignum Eccleſiæ, præſumuntur potius quæſita ex bonis Epiſcopi, quam Eccleſiæ Rota Rom. quæ alios allegat deciſ. 382. diuerſ. par. 3. lib. 3.*

Declaratio, quod Bona Regularium extra clauſtra degentium ad Cameram Apoſtolicam ſpectant, & quod in omnibus ſpoliis eadẽ Camera eſt vere, & proprie hæres fol. 1254. in Bullar. tenoris ſeq.

